

ГЛАСНИК

ДРУШТВА СРБСКЕ СЛОВЕСНОСТИ.

КЊИГА XIII

У БЕОГРАДУ

У ДРЖАВНОЈ ШТАМПАРИЈИ

1861.

LIBRARY
JUN 1 2 1974
UNIVERSITY OF TORONTO

САДРЖАЈ.

Страна.

Србски историйски споменици млетачкогъ архива. Скупіо и преписао Дръ Я. Шафарикъ 1

Србски комнени 283

Похвала кнезу Лазару XIV—XV века . . . 358

Хрисовуљ краља Стефана потоњега цара Трескавцу 369

Беседа коју је о слави лицејској на св Саву 1860 године говорио ректор лицејски К. Бранковић 378

Известије о радњи и стању Друштва Србске Словесности године 1860 393

Известије о новчаном стању Друштва Србске Словесности године 1860 404

СРБСКИ ИСТОРИЙСКИ

СПОМЕНИЦИ

МЛЕТАЧКОГЪ АРХИВА.

СКУПІО И ПРЕПИСАО

Дръ Янко Шафарикъ.

(Продужено. Види Гласникъ XII стр. 1. до 396).

MONUMENTA HISTORICA SERBICA

ARCHIVI VENETI.

(Continuatio. Vide: Glasnik XII pag. 1. usque 396).

Скраћено значи:

An. . . . . = Anno
Ch. . . . . = Charta seu folio.
Comm. . . . = Commemorialia.
Ind. . . . . = Indictio.
Lib. . . . . = Liber.
Lib. litt. secr. Coll. = Liber litterarum secretus Collegii.
Lib. Pleg. . . = Liber Plegiorum seu Comunis.
Lib. Privil. . . = Liber Privilegiorum.
Lib. Synd. . . = Liber Syndicatus.
Mist. d. Sen. . = Misti del Senato.
Orig. . . . . = Originale.
Reg. Coll. . . = Registrum Collegii.
Secr. cons. rog. = Secreta consilii rogatorum.

Брой римскій свагда означава свезку а брой арабскіи листъ наведеногъ рукописа.

Где ніе наведено место кодъ датума, скоро свагда се разумева Венеціа.

CCCI. 1419. 17 Januarii.

Одговоръ посланику Грчкогъ цара Николи Моноіани, кои оће да иде и Римскомъ папи, да га моли у име своегъ цара, да гледи помирити Млетчиће са Римскимъ царемъ, єръ в ньово непріятельство на найвећу штету целомъ христіянству.

Cum istis diebus comparuerit ad praesentiam nostri dominii dominus Nicolaus Monoiani miles, ambassiator serenissimi domini imperatoris Constantinopolis . . . . . Vadit pars: respondeatur: . . . . .

Ad aliam autem partem per quam idem ambassiator ex parte serenissimi domini imperatoris nostro dominio denotavit, quod idem dominus imperator eundem dominum ambassiatorem mittit ad praesentiam summi pontificis, ad inducendum sanctitatem suam, ut dignetur se interponere ad pacem vel treuguas tractandas, inter serenissimum dominum regem Romanorum et nostrum dominium, et ad ostendendum quantum sit damnosa toti Christianitati guerra, inter dictum dominum regem Romanorum et nostrum dominium existens etc. . . . respondemus . . . . quod idem dominus Nicolaus est verus testis, quod pro nobis non defecit de veniendo ad

concordium et treuguas cum dicto domino rege Romanorum, et quotiescunque dictus dominus rex Romanorum erit dispositus ad pacem concordium et treuguas condescendere cum nostro dominio, nos semper inveniemur parati condescendere ad ea, quae erunt rationabilia et honesta, sicut cotinue fuimus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 129.

CCCII. 1419. 17. Januarii.

Одговоръ сродняку и посланику Грчкогъ цара, Манойлу Филатропияну, идућемъ Римскомъ цару тога ради, да гледи овогъ склонити на миръ са Млетцима.

Comparuit ad praesentiam nostri dominii, spectabilis et egregius miles dominus Hemanuel Filatropino, consobrinus serenissimi domini imperatoris Constantinopolis, ambassiator domini imperatoris praedicti, et nostro dominio exposuit, quod dictus dominus imperator, videns et cognoscens potentiam Turchorum, comprehendit, quod nisi dicto Turcho obvietur, multa mala faciet contra Christianos, et quod nullum aliud remedium videt, nisi quod pax concordium aut treguae sequantur inter dominum regem Romanorum et nostrum dominium; et quod dictus dominus imperator Constantinopolis, consideratis adversitatibus partium de inde nuper occursis, pro bono Christianitatis et pro bono suo, et etiam

pro bono et quiete nostri dominii, eundem dominum Hemanuelem Philantropinum transmittit in ambassiatorem suum ad praesentiam dicti domini regis Romanorum, ad declarandum ei, quanto periculo subiacet tota Christianitas et suum imperium, propter guerram et divisiones, existentes inter dictum dominum regem Romanorum et nostrum dominium, et ad inducendum dictum dominum regem, ut velit condescendere ad pacem, concordium vel treuguas cum nostro dominio; quia non habente dicto domino imperatore subsidium, opportebit eundem capere pertitum cum Turcho; et ideo dictus dominus Hemanuel se obtulit interponere, ut bonum concordium seu treuguae consequantur . . . et si nobis videtur eidem aliquid comittere, vel aliquem mittere, faciet et sequetur, quid eidem comittemus et cet. . . . . respondeatur, ... (quomodo et quantocies tentarunt pervenire ad pacem et treuguas intermediante papa, dein procavii Norimbergae, dein regis Poloniae et cet. sine effectu.)

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 129.

CCCIII. 1419. 9. Septembris.

Одговоръ кнезу и капетану Скадарскомъ, у комъ му правительство Млетачко изявлюе, како му є немило было чути, да є Балша осиоио тврдиию Дривастъ, и заробіо подесту овогъ града Якова Корера; уєдно налаже му се, да промене нетогъ господина и неке друге Млетчиће, за Балшине люде, кои се у њега налазе заробљени.

Quod scribatur comiti et capitaneo ac provisori Scutari in hac forma: Accepimus litteras vestras datas 25 Augusti elapsi, per quas nobis significastis captionem castri Drivasti et captionem viri nobilis ser Jacobi Corario, potestatis Drivasti, eius uxoris et eius socii militis; quae omnia cum maxima displicentia intelleximus. Sed quia nobis scribitis, quod Balsa vult cambire dictum ser Jacobum, eius uxorem et socium militem, ac virum nobilem ser Petrum Taiapetra et alios nostros quos habet captivos, pro Raicho Moneta et quodam Alexio, et pro quodam puero, quos de inde habetis detentos, volumus et fidelitati vestrae scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et additionis, quatenus debeatis cambire dictos Raichum, Alexium et puerum, quos habetis detentos, pro praedictis ser Jacobo Corrario, eius uxore et socio milite et ser Petro Taiapetra, et pro aliis nostris quos idem Balsa habet captivos; circa hoc habendo bonam advertentiam, sic quod dicti nostri cives et fideles non decipiantur, sed quod a

captivitate liberentur, et taliter providendo, quod aliquid mali eis non eveniat, sicut de prudentiis vestris plene confidimus. Verum si obtinere non possetis, quod omnes praedicti relaxarentur, volumus quod dante vobis Balsa dictos ser Jacobum, eius uxorem, socium militem et ser Petrum Taiapetra et de aliis quam plures poteritis, dicto Balsae dare debeatis dictos Raichum, Alexium et puerum, in cambium dictorum nostrorum, habendo bonam advertentiam circa hoc, sicut superius diximus.

Ser Andreas Gritti vult: quod facta omni instantia possibili de obtinendo intentionem nostram praedictam, quam si obtinere non poterunt, debeant procurare relaxationem solum dicti ser Jacobi et uxoris suae.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 102.

CCCIV. 1419. 18. Novembris.

Налогъ кнезу и капетану Скадарскомъ, да гледа уговорити са Балшомъ примирје на дуже време.

Insuper quia omnis dilatio est utilis pro bono partium nostrarum de inde, comittitur dicto nostro comiti et capitaneo ac provisori Scutari, quod cum illis modis qui suae sapientiae videbuntur, videre debeat de veniendo ad treuguas cum Balsa, aut per duos annos, aut per XVIII menses, aut per unum

annum, aut per octo menses adminus, sicut melius facere poterunt; et si ad dictas treuguas venire poterunt, illas firmare debeant.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 120.

CCCV. 1420. 5. Januarii.

Налаже се управителю Сплѣтскомъ, да покуша уговорити саюзъ са краљемъ Босанскимъ Тврткомъ.

Cum habeatur informatio, quod rex Tverticus, rex Bossinae, sit bonus amicus nostri dominii et libenter vellet se intelligere nobiscum, et succurrere nostro dominio a parte terrae, si nostrum dominium a parte maris promittat, non dare transitum alicui volenti ire ad damna sua, vadit pars: quod scribatur provisori nostro Spalati, quod audivimus ea, quae scripsit super facto regis Bossinae, et damus ei libertatem possendi convenire cum dicto rege sive nuntiis suis, quod ipse rex promittat succurrere nostro dominio, sive rectoribus nostris Dalmatiae, in casu quo per comitem Johannem (de Citines) sive Polizanos, vel per alias gentes molestarentur civitates et loca nostra Dalmatiae, sive earum districtus, et dare favorem et auxilium, quod castra Clissii et Dalmisii et duo alia castra contigua locis nostris, perveniant ad manus nostri dominii. Et possit nostro nomine dicto regi promittere, quod nostrum dominium per mare

non dabit Turchis, nec aliquibus aliis gentibus, volentibus ire ad damna dicti regis, transitum subsidium nec favorem. Verum si ultra praedicta dictus rex alia peteret, eidem respondere debeat, quod si dicto regi placet, potest suam ambassiatam mittere ad praesentiam nostram, quia nostra dominatio eam videbit alacriter et libenter,

Secr. Cons. Rog. Lib. VII. ch 196.

CCCVI. 1420. Indict. XIII. 2. Februarii. Catari.

Пуномоћіе за Антонія Пукція, нотара града Котора, да може овай градъ предъ Млетачкомъ владомъ заступати.

Instrumentum sindicatus facti per comunitatem Catari in personam ser Antonii Puctij.

In Christi nomine Amen. Sub annis ejusdem nativitatis in millessimo quadringentesimo vigesimo, indictione XIII et die secundo Februarij, Catari in cancellaria dicte civitatis, juxta lugiam et viam publicam predicte civitatis et alios fines veriores, presentibus dominis Nicolao de Bolliza, Johanne ser Triphonis de Buchia, iuratis iudicibus, et ser Paulo de Buchia jurato Catari auditore, et me notario infrascripto. Ibique ad sonum campane diversis diebus et oris, Nos comunitas Catarен-

sis, comes judices secretum consilium ac maius et generale, ultimate die millesimo mense et indictione predictis, congregati ad sonum campane more solito, fecimus, instituimus ordinavimus creavimus et constituimus, omnibus modo via juris forma et ordine consuetudine omni, inclusive exceptione remota tam juridica quam sofistica, et omnibus non specificatis juribus, prudentem ac multiformis sapientem virum ser Antonium Puctij de actis de sancto Genesio, nostrum juratum notarium cancellarium et secretarium, in nostrum sindicum procuratorem actorem factorem et certum specialem nuntium sive negotiorum gesterem, seu quibuscunque aliis nomine, vocabulo et jure dici vocari et appellari posset, ibique presentem, sponte matura, sana, et juridica deliberatione in se mandatum sindicatus et procurationis, sponte et expresse suscipientem, ad comparendum, et se personaliter, et non per interpositam personam, coram ducale dominio Venetiarum presentandum, cum literis credentialibus parte nostre comunitatis, et ad narrandum dicendum exponendum, juxta commissiones sue capitulaue scripturas dandum, et replicandum totiens quotiens oportunum fuerit, tam vigore literarum credentialium quam comissionum, concludendumque prout et quando sibi sindico ante dicto videbitur, capitulis respondendum, ac capitula et scripturas fiendas, inter

dictum ducale dominium, et ipsum sindicum parte nostre comunitatis, scribendum sive scribi faciendum, et in publicam formam reducere, sive reduci faciendum, totiens quoticus fuerit necesse et opportunum, et reductas in publicam ut predicitur formam scripturas, ratas gratas firmas et validas habendum tenendum roborandum et fortificandum, omnibus condictionibus seclusis, et generaliter ad omnia alia et singula. dicendum narrandum faciendum ac finiendum, que in predictis, et circha predicta, faciendum concludendum ac finiendum et necessaria et opportuna ac debita ad taliaque jus postulat, et requirit, ut nosmet constituentes dicere narrare concludere ac facere possemus, si personaliter essemus, dantes et concedentes liberum et generale mandatum, cum libera franca sive secura, et generali administratione; promittentes nos comunitas et omnes supradicti, mihi publico notario suprascripto, ut publice persone stipulanti, nomine illorum quorum interest, sive interesse poterit in futurum, que gesta et operata erunt circa predicta, per dictum ser Antonium sindicario nomine quo supra, tenere et habere, ac teneri et haberi facere, per nos vel alios, rata grata et firma, omni dilatione temporum et contradictione facti remotis, sub obligatione omnium bonorum dicte comunitatis. Relevantes nos comunitas antedicta, ut predicti nomine dicte comunitatis, dictum ser

Antonium sindicum prescriptum, ab omni damno dicta de causa sibi interveniendo, non obstantibus aliquibus juribus sive ordinibus in contrarium loquentibus.

Ego Paulus ser Vanis de Abrianis de Monte Elbaro, publicus imperiali auctoritate notarius, et ad presens juratus notarius comunis Catari, hiis omnibus et singulis presens interfui, et rogatus scribere scripsi, et in publicam formam de mandato ipsius comunitatis redegi, signumque meum consuetum apposui.

Ego Nicolaus de Boliza juratus judex me supripsi.

Ego Johannes quondam ser Trifonis Buchie, juratus judex me subscripsi.

Ego Paulus quondam Bucha de Buchia, juratus auditor me subscripsi.

Commemoriale XI. ch. 31.

CCCVII. 1420. Indict. XIII. 3. Februarii. Catari.

Писмо керованя за Антонія Пукція, послато одъ обштине града Котора дуждy Млетачкомъ Томи Мочениго.

Litera credulitatis in personam suprascripti ser Antonii Puctij.

Serenissimo principi et excellentissimo domino, domino Thome Mocenigo divina gratia duci Venetiarum etc. domino nostro singularissimo.

Serenissime princeps et excellentissime

domine, domine noster singularissime, humili et cordiali recomendatione ad pedes vestre serenitatis et dominij destinare curavimus, prudentem ac discretum virum ser Antonium Puctij de Actis de Sancto Genesio, latorem presentium nostrumque juratum notarium cancellarium et secretarium, de nostra intentione vestre dominationi et excellentiae narraturum, a nobis plene informatum. Quare placeat vestre serenitati, ut in hiis que coram vestro dominio nostri parte exponat, fidem credulam adhibere ut nobismet ipsis, et nostrum assensum non denegari, quam semper parati vestra mandata servare.

Comes, judices, maius et secretum consilium Catari, Ubi tertio Februarii, XIII Indictione.

Comemoriale XI. ch. 31.

CCCVIII. 1420. 8. Marcii.

Заключенѣ, узети градъ Которъ подъ заштиту и управу Млетака, и обећанѣ дати тврдиню Будву, кадъ ю освоє, властелима Зетскимъ Ђорђу и Алексн Юрашима, ако ови буду верно помагали Млетчићима противъ Балше.

Cum venerit ad praesentiam nostri dominii prudens et discretus vir ser Antonius Puctii de Actis de Sancto Genesio, cancellarius et secretarius egregiorum et spectabilium comitis, judicum, maioris ac

secreti consilii civitatis Catari, qui sub eorum litteris credulitatis, recommissa cum verbis summae affectionis et reverentiae illa comunitate Catari nostro dominio, dicendo et narrando sinceram dispositionem, desideratae fidelis obedientiae suae erga statum nostri dominii, praesentavit ex parte dictae comunitatis capitula, lecta huic consilio; quibus auditis et intellectis, habita diligenti et matura consideratione, quantum faciat pro nobis habere dictam terram Catari apud nos, volendo guerizare, et in casu faciendi de provisionibus contra Balsam, nam sine expensis nostri dominii dicti Catarini offerunt guerram alacri et virili animo, ad destructionem et ruinam ipsius Balsae et status eius; habito etiam respectu, quod iuxta informationem habitam per dictum cancellarium praedictae comunitatis et aliter, ente dicta comunitate sub obedientia nostra, habebimus et erunt nobiscum contra ipsum Balsam, Georgius et Alexius Juras, barones Xentae; debeamus velle superinde providere, habito maximo respectu, nisi providerimus, ipsam terram Catari posse ire et devenire ad manus et in potentia personarum, de quibus non essemus bene contenti, quia dicta comunitas, ut oretenus exposuit cancellarius praedictus, videtur disposita, in terminis quibus est, stare nolle: vadit pars: in nomine omnipotentis dei, cuius invocatione perfecta recte proceditur

in agendis, consideratis considerandis, quod dicto cancellario praedictae comunitatis Catari, respondeatur in hac forma; videlicet: quod dominatio nostra, videns et considerans optimam intentionem et dispositionem dictae comunitatis erga nostrum dominium, ad honorem et statum nostrum, quam comunitatem tenemus indubie reperire in dies continue promptiorem, est contenta ad honorem gloriosissimi dei, domini nostri, eiusque beatissimae matris virginis Mariae, et beatissimi Marci evangelistae, patroni et protectoris nostri, considerato amore, quem portavimus et gerimus dictae comunitati, dominium et regimen praedictae civitatis et districtus Catari, et cives et districtuales suos, recipere et acceptare, sub gubernatione et obedientia nostri dominii, et illos tenere et tractare pro nostris fidelibus et devotis subditis, prout optant; et volumus quod de introitibus, gabellis et aliis daciis dictae terrae, solvatur salarium comitis et castellani et aliorum deputatorum ad custodiam castri, et fiant solutiones salariorum aliorum officialium iuxta solitum, de quibus fiant solutiones laboreriorum et reparationum, ac aliarum expensarum occurrentium fieri per tempora in dicta civitate, cum ista modificatione; quod de pecunia quae superhabundabit singulo anno ab expensis, dentur usque sex annos omni anno ducati mille, pro solutionibus fiendis creditoribus dictae comunitatis,

ut satisfiat debito suo de ducatis sex millibus, in quibus est obligata; ita quod cum introitibus, gabellis et reliquis daciis dictae terrae, fiant expensae omnes, solvantur debita, et supleatur ad omnia, quomodocunque occurrentia quocunque tempore. Sumus insuper contenti, quod statuta et ordinamenta dictae comunitatis observentur, et quod territoria tiranice occupata civibus illis, quae pervenerint sub nostro dominio, dentur illis quorum sunt, prout humiliter supplicarunt, declarando ex nunc et ita captum sit, quod perveniente castro Budue ad manus nostri dominii, nos erimus contenti dare dictum castrum Buduae, praedictis Georgio et Alexio Juras, illis existentibus confederatis nobiscum, debitis et congrius modis, qui placeant nostro dominio.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 138.

Ниже стоіи подъ: 12 Marcii, на листу 139 исте књиге:

Est capta pars; quod cum cancellarius comunitatis Catari praesentaverit mandatum ad plenum seu sindicatum, Vadit pars: quod in nomine Jehsu Christi fiat executio partis capte, acceptandi terram et comunitatem Catari, et ut fiat publicum et validum instrumentum, et quod comunitas Catari solenniter ratificet ea omnia intra tres menses.

CCCIX. 1420. 17. Marcii.

Заключено послати єдногъ нотара у Которъ, да заключи уговоръ противъ Балше са Ђорђемъ и Алексомъ Јурашима. (Скраћено).

Capta fuit pars: ut eat unus notarius Catarum, cum sindico domum redeunte, qui concludat pactum cum dominis Georgio et Alexio fratribus Juras, baronibus Xentae, contra Balsam, quod dominus Dragus de Drago, civis Catari, iam inchoavit cum illis, sub conditionibus his, ut illi cum omnibus suis gentibus debellare debeant Balsam, et ideo si castrum Budva devenerit ad manus Venetorum, hoc eis donetur, retentis tamen salinis pro dominio Veneto.

Ниже о истомъ предмету подъ: 29. Aprilis, на листу 148 исте књиге стоји ово: (Скраћено).

Scribatur notario Johanni de Lusia in Cataro, haec responsio, ad ea quae petunt Catarini, quod contenti sunt Venetiani, ut 1.) differant et suspendant errigere et elevare insignia beati Marci, donec recolligent vinum et bladum; 2.) etiam in casu pacis Veneti non dabunt civitatem Catari regi Hungariae, nec ullo alio domino, sed retinebunt eam in perpetuum; 3.) solvatur debitum X mille ducatorum, non VI ut eronee dictum est; ultimo hortantur Johannem et

Dragonem, ut sollicitent quantocius pertrahere dominos Georgium et Alexium Juras ad partes Venetiarum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 140.

CCCX. 1420. 23. Maii.

Одговоръ посланику краља Якова Сицилскогъ, кои се нуди да посредује за помирење између Млетака и Балшића.

Cum venerit et comparuerit ad praesentiam nostri dominii, quidam pro parte illustris domini regis Jacobi, Hungariae, Jerusalemi et Siciliae, et porrectis primo congrius et pertinentibus salutationibus nostro dominio, pro parte dicti domini regis exposuerit, qualiter dictus dominus rex, qui semper gessit et gerit nostro dominio magnam affectionem et amorem, habita informatione de guerra existente inter nostrum dominium et Balsam Balsae ac Stefanum Balsae, quos idem dominus rex asserit habere etiam pro suis devotis et fidelibus amicis et servitoribus, deliberavit eum mittere ad praesentiam nostram pro pace tractanda et concordia inter nostrum dominium et dictos Balsam et Stefanum, qui tractatus est in effectu: quod nobis proponitur ex videre dicti domini regis, quod demus Scutarum praedictis Balsae et Stefano, promittentibus illis facere mercatoribus nostris,

conversantibus in locis suis, et quos conversari contingerit pro suis mercationibus et bonis, omnem franchisiam et exemptionem de tractis, et de omni alia solutione, de datiis et passagiis, et de omni gabella, quae posset imponi, et ultra praedicta velle teneri dare dictas tractas; et quodsi dominatio nostra vellet facere dictam pacem, recusando reddere Scutarum, facit nos advisari dictus dominus rex, quod praedicti Balsa et Stefanus contentantur tenente qualibet parte id quod tenet et habet; de quibus promissionibus observandis et fiendis per praedictos Balsam et Stefanum, idem illustris dominus rex offert pro praedictis facere fideiussionem nostro dominio et cet. Vadit pars: quod respondeatur dicto nuntio, quod auditis et intellectis his, quae nostro dominio exposuit et retulit parte dicti domini regis, cognoscentes sinceram dispositionem regalis maiestatis suae, de optima intentione praefati domini regis, quam semper tenuimus habuisse et habere erga nostrum dominium, eidem domino regi regratiamur abunde, offerentes nostrum dominium in possibilibus ad quaelibet grata et accepta regali maiestati suae, cuius beneplacitis fuimus semper et sumus, ut clare novit, sincere dispositi; et quia propter temporis brevitatem ad praesens non posset tractari pax, sumus contenti, tenentibus et habentibus nobis loca quae habemus, cum territoris, jurisdictioni-

bus et pertinentiis omnibus dictorum locorum et territoriorum; et tenentibus illis Balsa et Stefano loca quae habent cum pertinentiis et iurisdictionibus suis omnibus, ob regalem contemplationem venire et firmare, interveniente medio suae maiestatis, cum praedictis bonam treuguam, duraturam per illud tempus, de quo remanebimus in concordio.

Ниже подъ 25 Maii, слѣдуе о истомъ предмету ово:

Cum data fuerit responsio illi nuncio illustris domini r e g i s Jacobi, Hungariae, J e r u s a l e m i et S i c i l i a e, qualiter sumus contenti, tenentibus et habentibus nobis loca quae habemus cum territoriis jurisdictionibus et pertinentiis omnibus, locorum et territoriorum partium S c u t a r i, et tenentibus B a l s a et S t e f a n o B a l s a e loca quae habent cum pertinentiis et iurisdictionibus suis omnibus, ob regalem contemplacionem venire et firmare, interveniente medio suae maiestatis. cum praedictis bonam treuguam, iuxta continentiam partis captae. et dictus nuncius dixerit, habere in mandatis ab illustri domino suo rege, eundi ad dictos Balsam et Stefanum, et quesiverit quod sit in illis partibus prima nomine nostri dominii, ut contentantibus illis firmetur dicta treugua: Vadit pars quod mittatur comiti et capitaneo nostro S c u t a r i pars pridie capta in hoc consilio, cui auctoritate huius consilii detur libertas,

firmandi dictam treuguam per unum annum, et veniendo ad dictam treuguam debeat dictus comes et capitaneus Scutari procurare, de habendo satisfactionem bonorum mercatorum nostrorum danizatorum. Et si facta omni experientia illam habere non posset, debeat poni facere, quod reserventur mercatoribus nostris jura sua contra praedictum B a l s a m, ut per eius litteras scripsit, prout est iustum; et mittatur ipsi nostro comiti et capitaneo Scutari sindicatus opportunus in forma sufficienti.

Secr. Cons. Rogat. Lib VII ch. 157.

CCCXI. 1420. 27. J u n i i.

Наставленѣ дато генералъ капетану Кулфа, о продуженю рата противъ Балше. (Скраћено).

Quia obtinuimus civitatem T r a g u r i i. et est spes brevi acquirendi civitatem S p a l a t i, ideo vadit pars: mandetur capitaneo nostro generali Culphi, quid habeat agere cum exercitu nostro . . . . . obtenta civitate S p a l a t i, et dimissis D a l m a t i n i s, qui venerunt ad exercitum nostrum, domum. debeatis ire ad civitatem S c u t a r i, et habito colloquio cum civitate C a t a r i de modis servandis c o n t r a B a l s a m, et ordinare, ut gentes suas educant ad exeundum contra Balsam; . . . . . accipere a capitaneo et comite Scutari omnem informationem de conditioni-

bus illarum partium, et de terminis in quibus se reperit cum Balsa, dicendo eidem, quod si non conclusisset treuguam cum dicto Balsa, illam nullo modo concludat, et si illam iam conclusisset, volumus, quod ipsam nullo modo servare debeatis; . . . . . et differendo in flumine Boione quantum minus poteritis, pro sanitate vestra et zurmarum nostrarum, — debeatis attendere ad damna opressionem et ruinam dicti Balsae, terrarum locorum et subditorum suorum, per omnes modos et vias vobis possibiles . . . . . principiando ab illis locis dicti Balsae, quae vobis videbuntur facilius posse debellari et capi . .

Verum si Balsa vellet venire ad pacem nobiscum et restituere Drivastum et totum quod occupasset, . . . potestis condescendere secum ad pacem . . . . . in qua includere debeatis civitatem Catari, tamquam subditos nostros.

Ceterum si Alexius et Georgius Juras barones Xentae, vellent esse contra Balsam, sumus contenti, quod veniente castro Bude ad manus nostras, illud eis consignare debeatis, remanentibus salinis nostro dominio, et habentibus Catarinis possessiones suas, quas habent in districtu Bude.

. . . . Cum comite Johanne de Citines, erimus contenti venire ad treuguas, et habere eum pro bono amico, non obstantibus

modis per eum servatis contra gentes nostras.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 163.

CCCXII. 1420. 8. Julii.

Одговоръ посланицима града Сплѣта, молећегъ да га Млетци приме подъ свою заштиту и управу. (Скраћено.)

Ambassatoribus Spalati respondeatur: quod sumus contenti acceptare sub gubernatione et protectione nostra dictam comunitatem Spalati, et eidem ratificare, aprobare et confirmare responsiones capitulis suis factas per nostrum capitaneum, prout petierunt, et de predictis faciemus eisdem nostrum privilegium, sicut devote suplicaverunt.

(Privilegium hoc quere in Comemoriali XI. ch. 41).

Secr. Cons. Rogator. Lib. VII. ch. 166.

CCCXIII. 1420. 13. Augusti.

Налаже се генералъ капетану Кулфа, да преда Будву Юрашима, ако ю освоіи и безъ ньове помоћи.

Scribatur capitaneo generali Culfi, quia cum fratribus Georgio et Alexio Juras nulla facta est adhuc conventio, quodsi castrum Budve etiam sine illorum auxilio fuerit aquisitum, si tamen solemni instrumento promiserint, velle se esse contra Balsam, detur eis castrum Budve, sub conditionibus iam dictis.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 173.

CCCXIV. 1420. 6. Septembris.

Наставленѣ за капетана Кулфа, о поступаню противъ Балше и Коіе, и о условима, подъ коима бы се могао помирити съ Балшомъ. (Скраћено.)

Respondeatur capitaneo nostro Culphi: intelleximus praticas per vos et comitem Scutari habitas cum illis dominis de inde, qui videntur esse dispositi, velle servire nostro dominio contra Balsam et Coiam, quorum aliqui iam sunt concordati, respondemus . . . . . damus vobis libertatem dividere inter istos dominos, speciatim Juannem Castrioti, illam provisionem, quam dabamus annuatim Balsae; . . . . si vero videritis necessarium fore venire ad pacem cum Balsa, declaramus vobis nostrae intentionis esse, si possibile est, videre totalem ruinam et destructionem Balsae; . . . . . quando autem iudicaveritis, utilius fore ad pacem condescendere cum Balsa, damus vobis libertatem ad hoc, cum hac forma: videlicet, quod restituat nostro dominio civitatem Drivasti cum pertinentiis suis et illud quod tenet comitatus Scutari, et quod remaneat nostro dominio castrum Bude cum salinis et contrata Lostize, et quod cum terra nostra Catari et Catarinis nullo modo debeat se impedire, nec ab illis aliquid petere, et quod nullam provisionem habeat a nostro dominio. — Si vero Balsa sine provisione nollet

condescendere ad pacem, sumus contenti, quod dictam provisionem ei promittatis, non obstantibus provisionibus per vos promissis aliis dominis circumstantibus, quas volumus esse firmas. —

Si vero, reductis vel non reductis dominis circumvicinis ad obedientiam nostram, videritis, non posse nos habere pacem cum Balsa, neque intentionem nostram contra eum, tunc procuretis civitatem Scutari bene fulcire omnibus necessariis ad defensionem, gentibus equestribus et pedestribus, frumento, — ideo mittimus vobis ducatos duo millia...

Et ad custodiam navigiorum nostrorum, quae eunt ad partes Alexii et Durachii et alio, dimittere debeatis nobilem virum ser Laurentium Victuri, cum duabus galeotis, comittendo eidem, ut vigilet ad obstandum galeotis et barchis de Dulcigno, ne possint damnificare navigia nostra .... et vos cum galeis nostris et galeis grossis et gentibus restantibus debeatis venire Catarum, ad visitandum locum eum, etc. ....

Secr. Consil. Rog. Lib. VII. ch. 175.

CCCXV. 1420. 28. Novembris.

Наставленѣ за кнеза и капетана Скадарскогъ, о условима подъ коима бы се могао погађати о миру съ Балшомъ.

Scribatur comiti et capitaneo Scutari: audivimus de pratica pacis habita cum Balsa

et Stefano, in qua contentabantur nobis restituere civitatem Drivasti cum districtu, et territoria districtus Scutari, occupata per eos, cum omnibus juribus et confiniis, stando ad gratiam de facto provisionis, — sed volebant Lustizam, et quasdam salinas alias tentas per eos in districtu Catari; — nos volentes pacem, comittimus vobis, quod possitis Balsae promittere illos ducatos mille de provisione annua; verum si omnimode vellent Lustizam et salinas, et nos nullomodo vellemus eas dare alicui, scientes, has dare annue proventus 1200 yperperas, possitis loco Lustize et salinarum promittere eis yperperas 1200 in anno; et si nec hoc sufficeret. potestis ultro promittere adhuc ducatos 200 de anno; et si non possetis convenire, et illi vellent mittere ambassatores suos ad nos, potestis facere sufferentias et dare eis salvumconductum, per tempus prout vobis videbitur.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VII. ch. 190.

CCCXVI. 1420. 27. Novembris.

Млетачка влада одговара (преко кнеза Скадарскогъ?) секретару војводе Босанскогъ Сандала, да ће посланике овога радо пріимити и саслушати.

Auditis et intellectis distincte et ordinate per litteras vestras destinatas nostro dominio, et cancellario nostro, his quae habuistis ob certum casum perventum ad manus vestras, a quodam nobili secretario et ambas-

siatore magnifici domini Sandali, vaivodae Bossinae, de intentione et dispositione dicti magnifici domini Sandali, comendantes de bona fidelitate et diligenti sollicitudine, virtutem et sapientiam vestram, volumus: quia consideratis considerandis, et habitis debitis cogitationibus intervenientibus circa hoc, pluribus causis rationabilibus et honestis, non possetis cum securitate personae vestrae, quam caram habemus, tractare commode dictum factum, quod dicere debeatis dicto secretario, et notificari facere ipsi magnifico domino Sandali, quod eius intentionem audivimus et intelleximus alacriter et libenter, et respondemus, quod potest mittere suos ambassiatores, de eius intentione informatos ad plenum, cum mandato et libertate in forma sufficienti et opportuna, nam inveniet nostrum dominium ad honesta et rationabilia continue benigne et gratiose dispositum. Et in quantum terminet mittere suos ambassiatores, et requireret salvum conductum pro ambassiatoribus praedictis, sumus contenti quod praesens littera nostra sit pro salvo conductu ad plenum pro dictis ambassiatoribus, quos ad nostram praesentiam duxerit destinandos.

Secr. Cons. Rog. Lib. VII. ch. 190.

CCCXVII. 1421. Indict. XIV. 10. Marcii.

Одговоръ посланицима великогъ войводе Босанскогъ Сандала, тичући се града Котора и Балше. (Скраћено).

Cum ad praesentiam nostram accesserint

ambassiatores magnifici domini Sandali, supremi vaivodae Bossinae, exponentes, praepositis salutationibus, parte eorum domini capitula . . . Vadit pars: quod respondeatur eis in hac forma. Et primo ad primum capitulum, faciens mentionem de facto Catari, cuius tenor est talis, videlicet:

Слѣдує таліянски писано ово:

1. Чувши войвода Сандалъ, да су Млетчићи заузели нѣгову землю и градъ Которъ, иште га натрагъ као свой, као што су га они сами нѣму были признали у своимъ писмама.

2. Што му пребацую за дѣла Балшина, нека му покажу да є онъ нарушіо свою речь и обећанѣ, или у Славонія, или у Албанія, или и у Унгарія; но вели, они су нѣму учинили криво; да онъ њима ніє никакво учињено обећанѣ порекао, но они су нѣму безъ свакогъ узрока и повода погазили дату речь и обећанѣ, и заузели су Которъ. Пребацуєте ми вели, да вамъ нисамъ помагао противъ Балше, то нисамъ био дужанъ, нити сте ме зато молили. Ако вы велите, говори Сандалъ далѣ, да сте узели Которъ што є подъ вашомъ юрисдикціомъ, зато я незнамъ, колико има година како стоє Венеціяни у Котору, но то ви добро знате, да сте вы мени пре 25 година дали писмено, где признаєте мени

моє землѣ и моя места, а то писмо нисамъ я силомъ одъ васъ отео, него сте ми га добровольно дали.

Іошъ являю ови посланици одъ стране госпоє Єлене, ћерке бывшегъ Вука бана, и одъ стране Анке баннце, да су оне уложиле на доходакъ илити интересъ у комору одъ жита, своій 6000 дуката; а како речене госпоє садъ требаю своє новце, моле, да имъ ій пошлю Млетчићи преко овы посланика.

На ово Сандалово писмо слѣдуе латински одговоръ овако:

Dicimus et respondemus, quod porrecta nostro dominio humillima suplicatione per ambassiatam comunitatis et civium Catari, quae continuo molestabatur per Balsam et alios, nos cognoscentes pessimam intentionem Balsae, videndo magnificentiam praedicti domini Sandali tunc sibi subvenire non posse, et quod civitas Catari submittendo se vel Balsae vel alio, accepisset coacte partitum, qui fuisset damnosus ipsi domino Sandalo et aliis nostris amicis, terminavimus, non ambitione nec faciendo rem ipsi Sandalo displicentem, sed considerantes suplicationes dictae civitatis, eam acceptare. Sed nunc quia dominus Sandalus est in bono termino possendi, et asserit praebere et ponere suum favorem contra Balsam, volumus, si nobis dederit auxilium contra Bal-

sam, dare ipsi de introitibus Catari eam utilitatem, quam inde percipiebat, antequam esset sub nostro dominio. — Ad secundam partem de ducatis VI mille, volumus dare cuique quod suum est, et cet.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 1.)

CCCXVIII. 1421 5 Aprilis.

Условія мира између Балше и Млетака. (Скраћено.)

Ambassiatoribus magnifici domini Balsae et Stefani de Balsis Zentae etc. respondeatur, quod quia capitula nobis porrecta sunt valde difformia et irrationabilia, non est visum nobis facere super ipsis particularem responsionem; sed si volunt descendere ad iusta et rationabilia, nos sumus parati praticare secum; et est captum ex nunc, quod possit concludi pax cum conditionibus a capitaneo generali Culphi Ser Petro Lauredano promissis.

1421. 7. Aprilis.

Cum nostri deputati fuerint cum ambassatoribus Balsae et Stefani de Balsis, sed isti ambassatores noluerunt audire de capitulis Ser Petri Lauredani, dicentes quod de eis nullam habeant notitiam nec mandatum; sed quod de duobus eligeremus unum: aut omnes teneant quod tenent, aut quod restitueremus illud quod accepimus dominis suis, et domini sui restituent illud, quod no-

bis acceperunt, et super hoc steterunt constantes. petentes elongationem treuguarum per tempus, quo possent ire ad dominos suos, ad reportandum intentionem nostram, vadit pars: respondere eis, quod nostra dominatio contenta est venire ad pacem cum domino Balsa et Stefano, cum his conditionibus: restituant Drivastum cum omnibus pertinentiis, dein illud quod tenent de jurisdictione Scutari, tam de subtus quam de supra; — et nos sumus contenti, dare domino Balsae provisionem ducatorum mille, et quod nobis remaneat, Budva, Lustiza et omnia quae nunc tenet nostrum dominium; et pro Lustiza et salinis sumus contenti dare illis annuae ducatos trecentos usque quadringentos. — Treuguae sumus contenti ut prolongentur adhuc per unum mensem, ut possint scribere vel ire ad suum dominum, verum declaramus, quod hoc sit nostra ultima intentio. — De latronibus possit collegium concludere, quod ei videbitur; declaretur, quod si Balsa obiret et relinqueret suum heredem Stefanum de Balsis, pacta intelligantur esse firma cum Stefano, dominante dicto Stefano terris et locis Balsae. Item debeant restituere damna nostris civibus, et scripturas et libros civium nostrorum, quos habent.

Secr. Cons. rog. Lib. VIII. ch. 4.

CCCXIX. 1421 7. Aprilis.

Одговоръ посланику краля Босанскогъ, да желе Млетчићи утврдити и съ њимъ добро пріятельство и саюзъ, кои су имали са њговимъ предцима.

Cum comparuerit ad praesentiam nostri dominii unus ambassiator serenissimi domini regis Bossinae, et ex parte dicti domini sui, post amicabiles et fraternas oblationes et salutationes exposuerit, quod dictus dominus sequens vestigia patris sui, domini regis Ostoie, dispositus est esse bonus frater et amicus nostri dominii, et vel le cum nostro dominio habere illa pacta et conventiones, quas et quae habuit quondam pater suus, et alias, sicut lectum et declaratum est isti consilio, dictus quondam pater suus multas immunitates et exemptiones fecerit mercatoribus et civibus nostris, sicut in eius privilegio apparet, et talia non possint redundare nisi ad utilitatem et commodum nostri dominii et mercatorum ac civium nostrorum; vadit pars: quod respondeatur dicto ambassatori, quod audivimus et intelleximus, ea quae nobis reportavit de bona intentione serenissimi domini regis Bossinae, domini sui, volentis et intendentis esse boni amici et fratris nostri dominii; et respondemus, quod patrem dicti domini regis, domini sui, et progenitores suos, semper habuimus in bonos et caros amicos et

fratres nostri dominii; et sic intendimus habere serenissimum dominum suum, regem praedictum; et de bona amicitia et fraternitate, quam nobiscum habere intendit, suae serenitati regratiamur, dispositi cum sua serenitate bonam fraternitatem et amicitiam habere et conservare, et sumus contenti, cum dicto serenissimo domino rege habere illas conventiones, immunitates et exemptiones, quas cum suis serenissimis praedecessoribus habuimus.

Et quia per promissiones, factas per serenissimos praedecessores suos, ipsi fuerunt contenti, quod nostri mercatores possent in locis suis stare et habitare, secundum quod in suo privilegio continetur, et locus Narentae esset locus utilis et congruus, ad quem nostri mercatores se possent reducere; rogamus maiestatem suam, ut eidem placeat providere, quod locus praedictus taliter fortificetur, quod mercatores nostri illuc accedentes, possint cum eorum securitate, cum suis mercationibus mercari et conversari; et quia intelleximus, quod in dicto loco Narentae, bona quantitas salis expeditur, si dicto serenissimo domino regi placebit, providebimus, quod de dicto sale habebit copiam opportunam et necessariam, per illos modos et conditiones, qui erunt cum utilitate et comodo suae serenitatis.

Verum quia idem serenissimus dominus rex, etiam nobis exponi fecit, quod libenter haberet bonam ligam et unionem cum nostro dominio, dicto ambassiatori respondeatur, quod considerata benivolentia et intrinseca caritate, quas semper habuimus cum progenitoribus et praedecessoribus suis, quam etiam cum eo conservare intendimus, semper sua serenitas inveniet nostrum dominium dispositum, venire ad illam ligam et unionem, quae sit utilis et bona pro sua serenitate et nostro dominio.

Secr. Cons Rog. Lib. VIII. ch. 4.

CCCXX. 1421. 21. Aprilis.

Одговоръ посланицима обштине Которске на многа предложеня, тичуња се Сандала, мира са Балшомъ, и други.

Quod ambassiatoribus comunitatis nostrae Catari, ad capitula per eos porrecta, respondeatur in hac forma:

Et primo ad primum capitulum continens: In prima suplicha miser lo conte e li vostri servidori zentilomeni de Cataro, che la vostra iliustrissima signoria non faza paxe ne algun concordia chon Balsa, per che in lui non e fermeza nessuna, ne stabilitade, chomo la vostra gratia le molte volte provato, et anche lui sie de la persona mal disposto et e povero, chel non ha dinaro al mondo, e da la suo zente mal obedito. E

atorno Cataro ha perso plui de mille homeni, tra aquistadi e deffati del mondo, e molti e scampati in Rassa, e quelli che eno restati. moreno de la bella fame e dogni senestro. Si che mo e el tempo a deffar lo del mondo, a procieder contra esso. Respondemus: quod sicut dicti ambassiatores Balsae fuerunt ad praesentiam nostram, cum quibus non fuimus concordes, et recesserunt cum elongatione treugue usque per totum mensem Maii proximum, et providebimus per illam viam aut pacis aut guerrae, quam videbimus et cognoscemus fore cum honore nostri dominii, et cum commodo et securitate comunitatis nostrae Catari et aliorum locorum et subditorum ac fidelium nostrorum.

Ad secundum huius tenoris: Item suplichemo che la vostra dogal signoria, per le spexe fatte per le ville e zente aquistad, le qual fo de Balsa, le qual spexe nui prometessemo a miser lo conte a pagar e satisfar de la nostra povertade, se la vostra gracia non le acceta, e quelle che segvira in honor de la vostra signoria, enele spexe dexordinarie, quando la zente fo de fuora de la citade e torna, per la qual suplichemo la vostra grazia ve piaza rezeverle in vostra raxon, respetando la nostra fedeltade e povertade. Respondemus quod sumus contenti, quod dictae expensae factae et quae fierent occasione contenta in dicto capitulo,

fiant ad expensas nostri dominii, dummodo non excedant introitus nostros C a t a r i.

Ad t e r t i u m tenoris infrascripti: Item le ville e i homeni aquistadi sorano menadi, aliquali e promesso per miser le conte, e fo de pato, che non siano rexi mai a B a l s a, mo semper restano esser servidori de la vostra signoria, suplichemo la vostra gratia, che de zo lor sia affermadi per vostro privilegio, a zo che li altri habia bon exemplo per far lo simele. R e s p o n d e m u s quod simus contenti de promissione facta per comitem nostrum hominibus in dicto capitulo contentis, et scribemus comiti nostro praedicto, quod promissa per eum hominibus B a l s a e, qui venerunt ad obedientiam nostram, debeat hominibus praedictis observare.

Ad q u a r t u m continens: Item suplichamo la vostra gratia, che ne concedati la copia de le parte prexe, che aveti de li C l e r i z i de li lor beneficii, a zo scandalo non habiamo in la nostra citade, che non vada luno contra l altro, impetrando i suo beneficii; R e s p o n d e m u s quod fiat secundum continentiam dicti capituli, et mittemus partem captam in nostris consiliis, comiti nostro C a t a r i, ut illam faciat observare.

Ad q u i n t u m tenoris huiusmodi: Item de la ville e terreni de L u s t i z a chon le suo confine e s a l i n e, fate sora el nostro te-

reno, ocupado per i tirani circavexini nostri, dadi a nui per i nostri signo ri passadi, cusi chomo apar per li privilegii, accopiadi soto bolla de S. Marcho, produti ala vostra gratia, e per la vostra dogal signoria a nui per vostro scrito confermadi, e per ho suplichemo la vostra signoria, che la se degna a farne de zo privilegio, che le ditte ville e tereni e saline, nui vostri servidori, le partemo per mu odo, che zaschun cognoscha la suo parte, chomo avanti fo; e lo sal che sera sal de le dite saline, che la signoria lo toia per unpriexio convignevele. Respondemus: quod sumus contenti dictae comunitati confirmare Lostizam cum suis territoriis, prout pervenit ad manus nostri dominii, et quod territoria et saline, perveniant in illos, quibus de jure pertinent, tam civibus quam comunitati Catari; volumus tamen, quod omnes teneantur et debeant salem suum, quem ex dictis salinis habebunt, dare nostro dominio, pro illo precio, quo accipitur alius sal in dohana Catari.

Ad sextum huius continentiae: Item suplichemo la vostra gratia, chomo el castello de Budua, a nui fu dato in gvardia per miser Piero Loredan, el qual nui gvardassemo e gvardemo fina al di presente, che a la vostra grazia piaza de concrederlo a nui vostri servidori, per vostro privilegio, chon i suo confini, per che le a i nostri con-

fini, et e clave de tutti i nostri terreni, per che se in man de altri vignisse, mai el nostro contrado non averia reposso. Respondemus: quod sumus contenti et placet nobis, quod castrum Budvae cum pertinentiis et confinibus suis, remaneat sub comunitate nostra Catari, quae comunitas illud debeat custodire et sub bona custodia tenere.

Ad septimum continens: Suplichemo che la vostra dogal signoria, a proveder per i nostri zentilhomeni, i qual sono inprixonati a vaivoda Sandali, et inferadi per le mane e per i piedi, per si fato muodo, che li povereti siano liberi, lo meio che a la vostra signoria par, per che se per dio e per la vostra gratia non serano liberi, eli fara la lor fin la. Respondemus, quod sumus contenti scribere dicto Sandali in bona et sufficienti forma, pro liberatione dictorum suorum civium, et pro eorum liberatione locuti fuimus cum ambassiatoribus Sandali et cum ambassiatoribus domini regis Bossinae, qui fuerunt ad praesentiam nostram, eos instanter rogantes, ut penes dominos suos procurarent et sollicitarent liberationem dictorum civium.

Ad octavum continens: Suplichemo la vostra gratia, per che in questa parte se fa plui guerra chon denari e chon panni, che con zente, e per lo ve piaza mandar in man de miser lo conte, zinquecento ducati de pan-

ni e zinquezento de denari, chon i qual possamo contaminar la zente de Balsa, e redurli sotto obedientia de la vostra dogal signoria, che speremo in dio e in la ventura de la vostra signoria, che plui utele faremo chon questi mille ducati, che chon otto millia in zente d' arme. Respondemus: quod sumus contenti mittere dictos ducatos mille in denariis et pannis prout petunt, sed non expedit, quod ob hanc causam morentur hic, sed possunt ire in bona gratia, quia ante complementum treuguarum providebimus, quod denarios praedictos et pannos habebunt in Cataro, quia intentio nostra est, quod si remanebimus in guerra cum dictis Balsa et Stefano, completis treuguis dicti denarii et panni expendantur, et aliter non.

Ad nonum huius tenoris: Supplichemo la vostra gratia, chel ve plaza scriver una lettera a vaivoda Radoslavo Paulovich amicabele, per lo muodo, che par a la vostra gratia, per che mostra esser amigo e de confinador nóstro. Respondemus, quod iuxta requisitionem suam scribemus dicto vaivodae Rodislao, in forma amicabili et sufficienti.

Ad decimum continens: Suplichemo la vostra gratia, che a vui plaza conciederne, a trar de le vostre flumere de Albania alguna quantitade de blava al anno, tanto quanto piaze a la vostra gratia, per uxo de

la nostra citade, per i nostri denari. Respondemus, quod sumus contenti, quod possint extrahere de flumariis nostris Albaniae de anno in annum frumentum necessarium pro usu civitatis nostrae Catari, et sic scribemus rectoribus nostris Durachii et Alexii.

Ad undecimum huius continentiae: Suplichemo la vostra gratia, che a vui piaza de tratar ne nele gabelle chomo avanti eramo tractati, chomo troverete per li vostri quaderni, che non pagavemo tanto avanti, chomo pagemo adesso; Respondemus: quod libenter vellemus eis complacere, sed fecimus certas additiones datiorum, quas nostri cives solvunt, quia sunt generales in omnibus, quae secundum ordines nostros revocari non possunt.

Ad duodecimum huius tenoris: Suplichemo la vostra gratia, che el ve piaza a mandar algune arme in man de miser lo conte, zoe spade, schudi, archi e freze, a zo chel possa partir ale zente, quando el bexognasse, per che sono molti che non hano arme per povertade, quando vano ala scaramuza. Respondemus, quod quia ante eorum adventum ad praesentiam nostram, de missione dictarum rerum fueramus requisiti, certam quantitatem rerum praedictarum misimus comiti nostro Catari.

Secr. Cons. rogat. Lib. VIII. ch. 7.

CCCXXI. 1421. 13. Julii.

Одговоръ на захтеваня посланика великогъ войводе Босанскогъ Сандала.

Quod capitula porrecta per ambassatores magnifici domini Sandali, magni vaivodae Bossinae, respondeatur in hac forma:

Et primo ad tria capitula pretendentia super factis Catari, respondeatur: quod audivimus et intelleximus continentiam dictorum capitulorum, et comprehendimus, quod verba in dictis suis capitulis contenta, se extendant super factis Catari, et dicimus, quod sicut dictus magnificus dominus Sandali scit, misit ad praesentiam nostram de mense Marcii elapsi suos ambaxiatores, et sicut dictis ambassatoribus respondimus, sic respondemus ad praesens: quod ambaxiatores comunitatis Catari venientes ad praesentiam nostram et exponentes novitates et iniurias, quas patiebantur ab inimicis nostris, supplicaverunt ut dignaremur eos acceptare sub nostro dominio, quia si eos non acceptaremus, dispositi non erant in istis terminis stare, et se submitterent quibus possent. Nos vero videntes eorum intentionem, et ne pervenirent ad manus inimicorum nostrorum, deliberavimus dictam civitatem accipere, et promisimus dictis Catarinis dictam civitatem Catari continue tenere sub protectione nostra,

quam nostram promissionem sumus dispositi penitus observare; et consideratis dubiis quae potuissent occurrere, si dictam civitatem non acceptavissemus, sua magnificentia de tali acceptatione merito debet remanere contenta, quia existente dicta terra in manibus nostris, propter amorem qui est inter suam magnificentiam et nostrum dominium, potest reputare eandem esse in manibus suis.

Ad secunda capitula, per quae petit, ut eidem concedamus Antivarum, Budvam et Zentam superiorem et cet. Respondemus: quod dicta loca acceptavimus sub protectione nostra, et comes et capitaneus noster Scutari, hominibus dictorum locorum promisit, quod eos continue tenebimus et conservabimus sub nostro dominio, quam promissionem pro honore nostro omnino intendimus observare.

Ad factum autem privilegii, quod petit ut confirmemus dicto domino Sandali terras et loca quae habet, et posessiones quas habet in Ragusio et in insulis, et quod cum persona sua possit venire Venetias et ad alia loca nostra, et similiter, quod sui possint venire et sint securi et cet. Respondemus, quod tale privilegium per eum requisitum non est necessarium, quia idem magnificus dominus Sandali est civis et nobilis civitatis nostrae Venetiarum, et potest magnifica persona sua et omnes subditi sui, ve-

nire Venetias et ad quaelibet loca nostra, quia semper videbuntur et tractabuntur tamquam nostri proprii.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 22.

CCCXXII. 1421. 9 Septembris.

Заключено да г. Яковъ Дандуло буде управитель Скадра, и да иде као Млетачки посланикъ къ Српскомъ деспоту Стефану.

Cum provisum fuerit per hoc consilium, quod nobilis vir ser Jacobus Dandulo, qui fuit comes et capitaneus Scutari, debeat esse provisor una cum nobilibus viris ser Andrea Fusculo et ser Marco Miani, provisoribus nostris ad partes illas, et quod fienda debeant terminari et fieri per maiorem partem ipsorum trium, ut in parte superinde capta continetur distincte, et dictus ser Jacobus Dandulo, ob descensum ad illas partes magnifici domini Stefani despoti Rasciae, venerit ad praesentiam nostram pro dando oretenus informationem ad plenum nostro dominio, de agendis et conditionibus de inde. Et sit penitus necessarium ipsum ser Jacobum Dandulo debere illuc reverti, tum pro faciendo ex exequendo quae ei commissa sunt, simul cum aliis nostris duobus provisoribus suprascriptis, tum etiam quia dictus ser Jacobus est de conditionibus de inde plene et sufficientissime informatus. Vadit pars: quod praecipiatur auctoritate

huius consilii dicto ser Jacobo Dandulo, quod sub poena ducatorum mille, debeat statim ad mandatum dominii redire ad illas partes, et esse cum praedictis ser Andrea Fusculo et ser Marco Miani, provisoribus nostris, ad faciendum et exequendum, quae capta et ordinata sunt per hoc consilium, iuxta formam comissionis sibi datae. Debeatque dictus ser Jacobus et alii duo nostri provisores, per maiorem partem eorum de quanto ibi fuerint, providere de reducendo Joti et Matausos et alios qui sibi videbuntur, cum nostro dominio, per illos modos, qui sibi apparebunt boni et utiles. Et cum dicti provisores fuerint expediti de sibi comissis per suam comissionem, debeat dictus ser Jacobus remanere et esse provisor in illis partibus, ad providendum circa ea, quae viderit et cognoverit fore utilia et fructuosa, pro bono et securitate status nostri, praedictorum locorum nostrorum de inde. Debeatque idem ser Jacobus esse cum salario ducatorum quinquaginta in mense et ratione mensis, et habere hic pagam quatvor mensium, ducendo secum famulos quatvor suis salario et expensis, et teneat equos quatvor dum erit in dictis partibus, suis expensis. Insuper debeat dictus ser Jacobus ire noster ambassiator ad magnificum dominum Stefanum despotum Rascie et cet.

cum illa comissione, quae sibi dabitur per hoc consilium.

Die eodem.

Quod auctoritate huius consilii possit scribi supracomitto nostro galee de Creta, existenti in partibus Sclavaniae, quod debeat conducere nobilem virum ser Jacobum Dandulo ad partes Albaniae, et facere et exequi ac levare super ipsa galea, prout per dictum collegium sibi ordinabitur, pro istis factis locorum nostrorum Albaniae.

Secr. Cons. Rog. Lib VIII. ch. 23

CCCXXIII. 1421. 9. Septembris.

Одговоръ посланицима Српскогъ деспота Стефана, заштеваюћегъ после смрти Балшине овога земљ, као свое наслѣдство.

Cum ad praesentiam nostram accesserint duo ambassiatores magnifici domini despoti Stefani Rasciae, et praesentatis litteris credulitatis ac porrectis decentibus salutationibus et cet. dixerint parte ipsius domini habere exponere nostro dominio, qualiter praefatus dominum asserit habuisse semper bonam et singularem amicitiam cum nostro dominio, et quod loca quae olim erant Balsae, post mortem illius sibi spectant, quae loca petit ut dignemur facere sibi dari, qui ambassiatores cum sollicita instantia requirunt prestam responsionem habere. Vadit pars: quod dictis ambaxatoribus respondeatur in hac forma, videlicet:

quod auditis et intellectis expositis per eos nostro dominio parte magnifici domini sui, intimi et carissimi benivoli et optimi amici nostri dominii, dicimus apud omnes fore notissimum, qualiter inter magnificos progenitores suos, eius magnificentiam et nostrum dominium, semper viguit mutua et coniuncta dilectio sincere benivolentiae, et intrinsece caritatis, quae gratia dei deinceps nedum conservabitur, sed ob veram sinceritatem optimae dispositionis utriusque partium, suscipiet continue augmentum. Ulteriusque ad suam informationem sibi volumus fore notum, quod positis et assignatis alias de amicabili et bona compositione et concordio, per condam magnificum dominum Georgium Stracimiri, in manibus et potestate nostra locis Scutari, Drivasti, Dagni et Sati cum juribus et pertinentiis suis, Balsa, mortuo dicto magnifico domino Georgio, nolens servare et facere quae debebat, ymo procurans totum oppositum, intulit quam plures et infinitas novitates et damna dictis locis et subditis nostris de inde, in tantum quod demum ad guerram nostrum dominium provocavit. Unde nos positis gentibus et exercitu nostro in illis partibus, facientes provisiones congruas ut moris est in talibus opportunitatibus, accepimus euntibus dictis nostris gentibus contra eum et loca sua, de potestate sua, certe non ambitione dominii, sed sic

gratia dei cum iusticia nostra succedente fortuna, et acquisivimus in ipsa guerra loca omnia quae possidebat, iuste et iuridice. Et postea interveniente medio et interpositione magnifici domini Sandali, et ad preces et promisiones per eum porrectas nostro dominio, nos perseverantes in nostra consveta et bona dispositione, ipsa loca per nostrum dominium aquisita, et de eius manibus cum bona et iusta guerra accepta, dedimus nostra liberalitate ipsi Balsae, qui fidelitatem et pacem per eum promissam nostro dominio servare debebat, et in quantum contrafaceret, promiserat idem magnificus dominus Sandalus et tenebatur facere nobis restitui loca praedicta, compellens ipsum Balsam cum suo auxilio et favore, et ad eius destructionem persequens. Quibus omnibus non obstantibus et in totum neglectis, ipse Balsa immemor beneficii accepti, addens mala malis, incepit iterum continuis infestationibus atque damnis, loca mercatores et subditos nostros illarum partium molestare, et de illis capere, cum evidentissimo periculo eversionis status nostri ipsorum locorum nostrorum de inde. Ob quod ad guerram nos iterum provocavit. Vnde providimus adversus eum et loca quae tenebat, nostrum exercitum destinare. Et per capitaneum nostrum Culphi fuit recuperatus locus noster Budvae, et sic pendentibus terminis ipsius gverrae, suc-

cessive de inde alia loca quae tenebat, iuste et de bona gverra acquisivimus et tenemus; tamen habita consideratione ad veram et mutuam benivolentiam, existentem inter nostrum dominium et dictum magnificum dominum despotum, cui certe sincere afficimur, disponimus ad eius praesentiam nostram ambassiatam statim destinare, relaturam eidem bene plenarie nostram bonam intentionem et amicabilem dispositionem, per quam aperte videbit, nos esse dispositos perseverare in antiqua et consveta bona benivolentia.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 29.

CCCXXIV. 1421. 11. Septembris.

Додатакъ къ одговору датомъ посланицама Србскогъ деспота Стефана.

Quod facta responsione ambaxatoribus magnifici domini despoti Stefani Rascie et cet. dicatur in fine in hunc modum, videlicet: Et licet divulgetur magnificum dominum suum, cum gentibus suis intulisse damna territoriis et subditis nostris de inde, tamen id non possumus credere ullo modo, habito respectu ad antiquam amicitiam, quam habuimus semper cum magnificis progenitoribus suis et cum eius magnificentia, et etiam consideratis his, quae dicti ambaxiatores, parte dicti domini nostro dominio, exposuerunt et retulerunt.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 29.

CCCXXV. 1421. 9. Septembris.

Пуномоћіе и налогъ Млетачкомъ посланнику Якову Дандулу, идућемъ къ Српскомъ деспоту Стефану.

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Jacobo Dandulo, dilecto civi et fideli nostro, quod de nostro mandato ire debeas ad praesentiam magnifici domini despoti Stefani Rascie et cet. cui praesentatis nostris litteris credulitatis tibi exhibitis, et porrectis salutationibus et oblationibus congrius, cum verbis pertinentibus, debeas suae magnificentiae exponere nostri parte, quod sicut diximus egregiis oratoribus suae magnificentiae, quos nunc ad praesentiam nostram destinavit, habes referre sibi viva voce, apud omnes fore notissimum, qualiter inter magnificos progenitores suos etc . . . . (Далѣ слѣдуе све као што е у одговору датомъ посланицима Деспотовим, истогъ дана, до:) Et sic pendentibus terminis ipsius gverrae, successive de inde alia loca quae tenebat, iuste et de bona gverra acquisivimus et tenemus; et ad supplicationem nobis porrectam per cives et fideles nostros dictorum locorum; quae, ut profertur alias, posueramus et dederamus ipsi Balsae, promisimus non alienare loca praedicta, sed illa sub gubernatione nostri dominii tenere et perpetuis temporibus conservare, et hoc pro votivo contentamento menti-

um dictorum nostrorum fidelium, cum sacramento firmavimus, quod certe fecimus inclinati supplicationi dictorum nostrorum fidelium, et non pro ambitione dominii, nec pro utilitate dictorum locorum, prout ex suprascriptis et aliis debitis considerationibus suae magnificentiae potest constare clarissime. Nec meditabamur habitis debitis considerationibus ad praemissa, et posito diligenti respectu ad excessivas expensas, quas fecimus pro dictis locis, magnificentiam suam debere dicere quidcunque super inde, ponendo praesertim diligentiam ad ea, quae possent ei fieri per nostrum dominium, et ad tenuem conditionem dictorum locorum, quae est valde parva. Et propterea consideratis considerandis, magnificentiam suam, cui certe sincere afficimur, et quae cum vera informatione quorumcunque videt iustissimam causam nostram, affectuose rogamus, quatenus praeposita antiqua et consveta amicabili benivolentia, solita semper ut perfertur esse inter eius magnificos progenitores, suam magnificentiam et nostrum dominium, placeat non equiparare ipsam mutuam dilectionem inter partes existentem, parvitati considerationis dictorum locorum, et suscipere consideratis suprascriptis et aliis pluribus, quae veniunt consideranda, hanc nostram responsionem pro accepta et bene grata, ut intimus et optimus amicus et benivolus nostri domi-

nii, ut in sua magnificentia late confidimus. Nam nostri firmi propositi est, cum ipsa magnificentia sua in vera et sincera dilectione ipsius antique et intrinsece caritatis, nedum perseverare, sed illam continue augere.

Suprascriptam vero comissionem exequi debeas, in quantum dictus magnificus despotus Stefanus Rascie etcet esset prope confinia nostra per quatvor dietas; et si esset in longioribus partibus, debeas ei scribere, qualiter habes in mandatis eundi ad praesentiam suam, significando eidem, quod cum fuerit in loco habili, ad quem possis commode accedere, ibis ad eius praesentiam, ad exequendum mandata nostra, et ita facere debeas, ut est dictum.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 29.

CCCXXVI. 1421. 10 Septembris.

Наставленъ за Млетачкогъ управителя Скадра и посланика Якова Дандуло, идућегъ къ Српскомъ деспоту Стефану.

Nos Thomas Mocenigo, dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili viro Jacobo Dandulo, dilecto civi et fideli nostro, quod in bona gratia ire debeas provisor ad partes Scutari, Drivasti, Dulcigni et Antivari, et expeditis negotiis comissis nobilibus viris Andreae Fusculo et Marco Miani, quos in nostros provisores ad dictas partes misimus, et etiam comissis tibi, sicut in comissione dictorum pro.

visorum continetur, et similiter missis ad executionem ea, quae tibi comittimus per unam aliam comissionem nostram, super factis magnifici d o m i n i d e s p o t i R a s c i e etc. debeas remanere provisor in partibus de inde, et regulare et gubernare gentes nostras de inde, equestres et pedestres, et cum dictis gentibus vigilare ad securitatem custodiam et defensionem terrarum et locorum nostrorum, extra civitates, sicut fuerit necessarium; nam intentionis nostrae est, quod rectores nostri dictarum terrarum, ministrent ius et iustitiam civibus et habitatoribus terrarum et locorum praedictorum, secundum quod a nobis habent in mandatis, de quibus non debeas te impedire. De his autem, quae spectarent ad custodiam terrarum et locorum nostrorum, debeas simul cum rectoribus locorum facere illas provisiones, quae dictis rectoribus et tibi videbuntur necessariae; volumus etiam, quod vigiles et sollicites ad reducendum illos nobiles de inde ad obedientiam et benivolentiam nostri dominii, vivendo cum eis pacifice et quiete, pro bono et pacifico locorum nostrorum praedictorum.

Verum si ante accessum tuum vel postquam de inde fueris, d o m i n u s d e s p o t u s R a s c i a e aliqua damna dedisset vel daret subditis et fidelibus nostris dictarum partium, debeas cum gentibus nostris attendere ad custodiam passuum, et vigillare ad defen-

sionem et custodiam terrarum et locorum nostrorum, sicut videbis necessarium fore, procurando semper vivere cum dicto domino despoto, quantum tibi erit possibile. pacifice et quiete.

Insuper quia divulgatur, quod gentes domini despoti Rasciae praedicti, discurrerunt territoria nostra de inde; volumus quod si in applicatione tua in partibus de inde, invenires gentes domini despoti praedicti, non discurisse territoria nostra nec damnum aliquod fecisse, volumus quod vadas ad praesentiam dicti domini despoti, ad exponendum comissionem nostram tibi datam, prout in dicta commissione continetur. Quando autem in applicatione tua invenires gentes dicti domini despoti discurisse vel discurrere territoria nostra, debeas cum gentibus nostris attendere ad defensionem et custodiam terrarum et locorum nostrorum, et facere illas provisiones, quae erunt necessariae, pro securitate locorum praedictorum et passuum. Et volumus tamen etiam in dicto casu, quod procures habere salvosconductus necessarios, et ad praesentiam suam ire debeas, cum nostris litteris credulitatis, cui facta amicabili et fraterna salutatione. debeas suae magnificentiae dicere et exponere, quod fuerunt ad praesentiam nostram sui ambassiatores, quos libenter vidimus et diligenter intelleximus omnia, quae nobis exposuerunt. Et

considerantes antiquam amicitiam et fraternitatem, quam semper habuimus cum magnificis progenitoribus suis, magnam admirationem habuimus et habemus, et certe cum maxima displicentia intelleximus, quod gentes suae venerunt ad damna et offensiones terrarum et locorum nostrorum; et interim miserint ad praesentiam nostram ambassiatores suos. Et scit magnificentia sua, quod nullam causam eidem praebuimus inimicandi nostro dominio, et gentes suas mittendi ad damna nostra; ymo semper fuimus cordiales amici progenitorum suorum et magnificentiae suae, subiungendo, quod loca quae fuerunt condam B a l s a e, quae ad manus nostras pervenerunt, non accepimus voluntariae nec gratia ambitionis maioris dominii, sed coacti propter gverram, quam dictus Balsa fecit nostro dominio, contra fidem et promissiones suas, declarando suae magnificentiae super hoc illos modos et rationes, quae in alia comissione nostra tibi data continentur, et rogabis dictum magnificum dominum despotum, quod velit gentes suas a damnis nostris removere, et si aliquid ex terris vel fortiliciis nostris occupasset vel accepisset, sollicita quod illud nostro dominio restituatur, cum illis pertinentibus verbis et rationibus, quae tuae discretioni videbuntur.

Et si dictus dominus d e s p o t u s tibi faceret aliquam mentionem d e f i l i a b u s

dicti quondam B a l s a e, debeas respondere, quod dominatio nostra, considerata conditione dominarum praedictarum, providebit de maritando eas tempore debito, per illum modum, qui erit cum bono et commodo dominarum praedictarum, ita quod habebit merito contentari.

Et si dictus dominus despotus, pro veniendo ad compositionem cum nostro dominio, peteret et habere vellet provisionem, quam habebat Balsa a nostro dominio, et videres quod sine dicta provisione ad concordium venire non posses, damus tibi libertatem, promittendi dicto domino despoto provisionem praedictam, ad partem ad partem usque ad summam ducatorum mille, de introitibus Scutari, sicut dabantur Balsae praedicto. Et si non posses per istum modum ad concordiam et compositionem cum dicto domino despoto venire, quia ipse dominus despotus alia peteret; respondere debeas, quod super hoc nullam habes libertatem, et procura quod sufferentiae fiant inter partes per illud maius tempus, quo poteris, et interim scribas nostro dominio, omnia quae feceris et habueris, ut possimus ad omnia opportuna debite providere.

Et ut clare scias nostram intentionem, volumus, quod si dictus dominus d e s p o t u s esset in territoriis nostris cum gentibus suis, habitis suis salvis conductibus, studeas ad

praesentiam suam accedere et sequi, sicut superius tibi committimus. Si vero idem dominus despotus non esset personaliter cum gentibus suis in territoriis nostris, et gentes suae ibi essent ad damna nostra, non debeas de dictis nostris locis recedere, sed cum gentibus nostris, sis sollicitus ad custodiam et defensionem terrarum et locorum nostrorum, sicut tibi videbitur opportunum fore.

Verum quia arbitramur necessarium fore, quod quando ibis ad praesentiam dicti domini despoti, habeas unum notarium et unum trucimanum, volumus, quod quando ibis ad dictam ambassiatam, ducere debeas tecum unum notarium et unum truzimanum ad expensas nostri comunis; et scripsimus per litteras nostras comiti et capitaneo nostro Scutari, quod quando ibis ad ambassiatam praedictam, tecum mittat notarium suum.

Et quia hic divulgatur, gentes domini despoti discurrisse territoria nostra de inde, debeas in itinere tuo te informare si sic est, et si senties dictas gentes esse in territoriis nostris, volumus quod vadas Catarum, et similiter te informes de factis dictarum gentium; et si tibi et comiti nostro Catari videbitur utile fore, quod habeas societatem barcharum sive unius brigantini, pro possendo securius ire Scutarum, procura cum dicto comite, quod armentur aut barche aut brigantinus, ita quod secure possis ire: sed in-

tentio nostra est, quod primo et cum omni sollicitudine procures ire Scutarum; et si Scutarum ire non posses, debeas descendere in Dulcigno, et si in Dulcigno aliqua causa descendere non posses, debeas descendere in Antibaro, quando etiam in Antibaro descendere non posses, debeas reverti Catarum et ibi stare et scribere nostro dominio omnia quae feceris et occursa erunt, et expecta nostrum mandatum.

Debeas esse cum salario ducatorum quinquaginta in mense et ratione mensis, et habere hic pagam quatvor mensium, ducendo tecum famulos quatvor tuis salario et expensis, et teneas equos quatvor dum eris in illis partibus Albaniae, tuis expensis.

Secr. Consil. Rog. Lib. VIII. ch. 30.

CCCXXVII. 1421, 11. Septembris.

Заключено племенима Арнаутскима Іоти и Матаузи, ако пређу на страну Млетака, дати земљ и села у области Млетачкой.

Quod ut possit habilius procurari et obtineri intentio nostra, in faciendo reduci Joti et Matausos et alios qui videbuntur pro bono et utili locorum nostrorum Albaniae, cum nostro dominio, comittatur nobilibus viris ser Jacobo Dandulo, ituro ad illas partes, et nobilibus viris ser Andree Fusculo et ser Marco Miani provisoribus

nostris ibidem existentibus, quod pro dicta intentione adimplenda, possint per maiorem partem eorum, dare praedictis de v i l l i s et p r o i n i s nostri dominii, per illos modos qui sibi apparebunt boni et utiles, non dando aliquod fortilicium alicui ullo modo. Et cum dictus ser Andreas Fusculo et ser Marcus Miani fuerint expediti de comissis per suam comissionem, habeant postea simul libertatem praedictam comes et capitaneus Scutari et ser Jacobus Dandulo praedictus, ut comissum erat dictis tribus provisoribus.

Secr. Cons. Rogat. Lib VIII ch. 31.

CCCXXVIII. 1421, 10. O c t o b r i s.

Наставленѣ за посланика Млетачкога, иђућега новомъ султану Турскомъ, у комъ се спомиње ратъ деспота Стефана противъ Млетака. (Скраћено.)

Propter m o r t e m d o m i n i T u r c h o r u m, mittatur ambassiata ad filium suum novum dominum Turchorum; comitatur hoc baiulo Constantinopolis, cum hac comissione:

Nos T h o m a s M o c e n i g o dei gratia dux Venetiarum etc. comittimus tibi B e n e d i c t o A y m o, baiulo nostro Constantinopolis, ire debeas ad presentiam domini Turchorum . . . . . .

. . quod nostra dominatio contenta est pacem, quae erat inter condam patrem suum et nostrum dominium, de novo confir-

mare; et quia in dicta pace est unum capitulum de terris Albaniae, in quo specificantur solum Scutarum, Drivastum et Alexium, . . . debeas instare . . quod dicatur generaliter pro terris nostris Albaniae; et si ob hoc peteretur maior quantitas denariorum . . . . . debeas respondere, quod propter continuas guerras, quae iam multis annis fuerunt in dictis partibus, loca praedicta sunt adeo destructa et desolata, quod nullius sunt utilitatis, non contribuendo ultra, quam contineatur in capitulo praedicto . . . . .

Confirmata autem dicta pace, cum illis pertinentibus, verbis, quae tuae discretioni videbuntur, debeas dicto domino dicere, quod vigore dicti capituli, si loca nostra Albaniae per aliquem molestantur, debet ipsa defendere; et quia dominus despotus Raxiae, damnificat loca nostra praedicta, in observatione capituli dictae pacis, requirere debeas dictum dominum, quod circa hoc faciat et provideat in defensionem locorum nostrorum praedictorum, sicut videbit fore necessarium, pro honore suae excellentiae et observatione pacis pradictae.

. . . Mittimus tibi duas litteras credulitatis in personam tuam, unam cum suprascriptione, quae dirigitur Morato-bey, quem fuimus informati ad dominium loco patris sui ascendisse, sicut ser Petrus Quirino,

vicebaiulus Constantinopolis nobis spripsit, et alteram sine suprascriptione, et hoc fecimus, quia si dictus M o r a t u s - b e y non haberet dominium etc. . . . . .

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 33.

CCCXXIX. 1421. 30. O c t o b r i s.

Одговоръ Млетачкимъ управительнма Албаніе и Далмаціе, у комъ ій укораваю што су уступили деспоту Србскомъ Стефану градове Дриластъ и Улцинъ, и заповедаю имъ, да ако предая іошъ ніе извршена, Улцинъ никако недаю, а у место Дриласта, да му даду Будву.

Quod scribatur provisoribus nostris ad partes D a l m a t i a e et A l b a n i a e, et ser J a c o b o D a n d u l o ad d o m i n u m d e s p o t u m R a x i a e, in hac forma:

Recepimus litteras vestras, quas vos ser Marcus Miani, provisor noster, nostro dominio scripsistis, datas vigesimo secundo mensis elapsi, et primo mensis praesentis, quas displicenter intelleximus, tam conditionem locorum nostrorum, in qua scripsistis dicta loca nostra esse, quam etiam propter praticam per vos factam, cum d o m i n o d e s p o t o R a x i a e, quam videmus esse cum onere nostri dominii, quia videmus occasione dictae praticae, vos ser Marcum et ser Andream socium vestrum, et comitem nostrum C a t a r i, propter accessum vestrum ad civitatem C a t a r i, pro conferendo cum eis, deliberasse

et terminasse de dando dicto despoto, civitatem nostram Dulcigni, sicut per litteras vestras, per vos ser Andream et ser Marcum ac ser Antonium a Bocholis nostro dominio scriptas, et datas die octavo Octobris, clare apparet; de qua vestra deliberatione admiramur, cum nullam a nobis habueritis libertatem, alienandi et terras et loca nostra; et si dubitabatis ne loca nostra pervenirent ad manus despoti praedicti, potius debebatis illa submittere fortunae, quam sine mandato nostro, cum tanto onere nostri dominii, illa alienare; et dolemus etiam et non parum, quod deliberaveritis potius dare civitatem Dulcigni. quam terram Budvae, quia bene cognoscitis differentiam existentem inter Dulcignum et Budvam. Sed multo plus dolemus, quod deliberaveritis dicto despoto dimittere civitatem nostram Drivasti, considerantes quod castrum tenemus et se defendere potest, quia habet victualia ad sufficientiam et homines aptos ad defensionem. Et propterea cum nostris consiliis rogatorum et addicionis, fidelitati vestrae scribimus et mandamus, quatenus si non pervenissetis ad conclusionem cum dicto domino despoto, debeatis omnino instare et procurare ac sollicitare, quod idem dominus despotus nobis restituat civitatem nostram Drivasti, quia sine Drivasto civitas Scutari parum valet; insuper volumus, quod si non pervenistis ad con-

clusionem cum dicto domino despoto, et ei non dedissetis civitatem Dulcigni, illam sibi nullo modo dare debeatis; et licet intraveritis in dicta pratica, quae nobis valde displicet, et de qua nullam habebatis libertatem, tamen coacti ob dictam praticam, in casu quo aliter fieri non posset, condescendimus, quod eidem dare debeatis Buduam et non Dulcignum. Insuper vobis denotamus, quod cum praesenti galea mittimus vobis ballistarios sexaginta, sub tribus conductoribus, et duodecim sine conductoribus, quos duodecim mittere debeatis Catarum, ut ponantur in castro Catari, et alios sexaginta, si non venissetis ad aliquam conclusionem cum domino despoto, ponere debeatis ad defensionem locorum nostrorum, sicut vobis melius videbitur; et si conclusionem fecissetis, ut scripsistis, dictos ballistarios ponere debeatis in locis nostris, cassando tot alios, de insuficien tioribus.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 35.

CCCXXX. 1422, 4. Aprilis.

Одговоръ посланику Србскогъ деспота Стефана, закте-ваюћегъ да Млетци уступе деспоту Скадаръ.

Cum ad praesentiam nostri dominii comparuerit quidam ambassiator illustris domini despoti ducis Rassiae, et propositis salutationibus et oblationibus dicen-

do, illum suum dominum semper fuisse et esse bonum amicum nostri dominii, petierit parte domini sui, quod Scutarum et alia loca quae tenemus in partibus illis, quae asserit ad se spectare et pertinere, demus eidem domino, ne causam habeat aliter providendi, bonum sit non differre, tam pro respondendo pro iustificatione nostrorum jurium, quam providendo et trahendo ab eo, utrum habeat alia referenda, ut presto veniamus ad conclusionem superinde fiendam. Vadit pars, quod dicto ambassiatori respondea tur in hac forma, videlicet: Quod auditis et intellectis expositis per eum nostro dominio parte domini sui. et magnam admirationem habemus, nam ut domino suo est manifestum, habuimus pacifice per amicabilem compositionem, quondam a magnifico domino Georgio Strazimiri, Scutarum et Drivastum, cum territoriis, jurisdictionibus et pertinentiis suis, ex habitione quorum conservavimus omnia loca illarum partium, quae nisi fuisset magna subventio nostra per tempora facta, pervenissent ex opressionibus et molestationibus illatis, ad manus Turchorum, et cum dicto domino Georgio, quem et statum suum conservavimus, ut est dictum, viximus in bona benivolentia et pace; sed Balsa postea contra fidem et promissiones suas, accepit de manibus nostris Drivastum, quem iuridice recuperavimus, et de bona

gverra alia loca de inde aquisivimus; et credebamus dictum suum dominum, cuius et progenitorum suorum fuimus semper et esse intendimus boni et intimi amici, misisse dictum ambassiatorem, ad offerendum et faciendum nostro dominio restitutionem locorum nostrorum, nobis ablatorum eius nomine, cum excusatione de tali intromissione facta, et aliis novitatibus per gentes suas illatis, et attentatis contra nostrates; et propterea perseverantes in optima et amicabili dispositione nostra, rogamus et hortamur ipsum dominum, ad standum ut perfectus amicus in bona amicitia cum nostro dominio, restituendo nobis loca dominio nostro ablata. Et circa praedicta debeant justificari et manuteneri jura nostri dominii, cum illis modis et pertinentibus verbis, quae collegio utilia videbuntur; et quia est credendum, quod dictus ambassiator porriget alia superinde, ex nunc sit captum, et auctoritate huius consilii detur libertas collegio, possendi in praedictis, quae ob considerationes fiendas requirunt praestam expeditionem, praticare cum dicto ambaxatore, sustinendo et justificando jura nostra, ut dicto collegio apparebit, non possendo quaecunque definitive facere nec concludere, sed cum habitis debeat postea veniri ad istud consilium, ubi terminabitur et fiet id, quod cognoscetur esse et pertinere ad bonum et conservationem status sui.

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 48.

CCCXXXI. 1422. 14. Aprilis.

Упутство за Млетачке комисаре, кои се погађаю са посланикомъ Српскогъ деспота Стефана.

Cum nostri deputati fuerint cum ambassiatore domini despoti ducis Rassiae, pro audiendo ea, quae dicere vellet et pro sustinendo jura nostra. Et dicti nostri deputati defenderint et sustinuerint jura nostra, et finaliter idem ambassiator dixerit, quod si nostra dominatio volebat domino suo dare Scutarum et alias terras de inde, volebat dare nostro dominio in anno ducatos duos mille et ultra in vita sua, per illum modum, qui nostro dominio placeret, et super hoc idem ambassiator fecit suam conclusionem; et bonum sit dicto ambassiatori respondere, vadit pars: quod praedicti nostri deputati ire debeant ad dictum ambassiatorem et ei respondere, quod reportaverunt nostro dominio, ea quae requisivit ex parte illustris domini sui, domini despoti, et audita requisitione sua, et his quae petit et requirit, nostra dominatio maximam admirationem habuit, quia non poterat credere, quod talem requisitionem faceret, considerans jura nostra et iusticiam nostram, et quod dicta loca iuste possidemus et pro eorum conservatione maximas expensas fecimus, sicut ample et clare dicto ambassiatori fuit declaratum; et quod dominus suus teneat pro constanti, quod

requisitioni suae dominatio nostra nullo modo condescenderet nec assentiret. Sed volente domino suo venire ad iusta et honesta, sunt certi, quod etiam nostrum dominium ab honestate non recederet. Et super hoc debeant dicti nostri deputati sustinere jura nostra, cum illis pertinentibus verbis, quae suae sapientiae videbuntur. Et si dictus ambassiator auditis dictis nostris deputatis, ulterius se elargaret de intentione domini sui, debeant dicti nostri deputati respondere, quod audiverunt ea, quae sibi placuerunt dicere, et quod reportabunt nostro dominio intentionem suam, et per nostrum dominium eidem fiet debita responsio.

Si vero dictus ambassiator audita responsione nostra suprascripta, ulterius non se elargaret, nec aliquid de intentione domini sui apperiret, debeat unus ex dictis nostris deputatis in recessu suo, non ostendens super hoc habuisse collationem cum sociis suis dicere, quod nostra dominatio maximam admirationem habebit de his quae requirit dictus ambassiator, considerans, quod per illustrem dominum suum, dum esset cum gentibus suis contra Scutarum, provisoribus nostris nec ambassiatori nostro, nunquam tales requisitiones factae fuerunt, quibus requisitionibus nullo modo condescenderemus, et ea, quae dicti deputati a dicto ambassiatore habebunt, reportare debeant isto consilio, ut

possint fieri illae provisiones, quae videbuntur necessariae.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 50.

CCCXXXII. 1422. 17. Aprilis.

Погодбе са посланикомъ Српскогъ деспота Стефана. (Скраћено.)

Deputati iterum fuerunt cum ambassiatore domini despoti Rassiae, sed ille stetit firmus in suis requisitis, . . . Vadit pars, quod iterate eant ad ipsum, si possent aliquid de eo extrahere . . . .

Si vero dictus ambassiator nihil aliud diceret, . . . et prius semel dixit, quod nostri deputati vellent sibi declarare ea, quae essent iusta et honesta, dicant: ut dictus ambassiator videat et dominus suus cognoscere possit, quod nostra dominatio vult ostendere bonam intentionem suam, quam habet erga dominum suum et eum habere in bonum amicum, non obstantibus his, quae dici et allegari possint contra suum dominum, qui venit ad opressionem locorum nostrorum nulla causa a nostro dominio procedente, et accepit de manibus nostrorum locum Antibari, est contenta quod dictus locus Antibari remaneat domino suo sicut habet, et dictus dominus suus restituat nobis locum Drivasti; et nos sumus contenti ei dare provisionem quam dabamus condam Georgio

Strazimiri et postea Balsae, ducatos mille in anno de introitibus Scutari, sicut in compositione, quam fecimus cum dicto domino Georgio, continetur; de quibus mille ducatis poterit disponere vel pro maritando filias Balsae, vel aliter . . . et cet.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 50.

CCCXXXIII. 1422. 21. Aprilis.

Продужене погодбе са посланикомъ Српскогъ деспота Стефана. (Скраћено).

Petatur ab ambassiatore domini despoti, ut ostendat syndicatum vel libertatem concludendi pacem etc. . . . . captum, quod non.

Cum iterum fuerint deputati cum ambassiatore domini despoti Rassiae, finaliter dixit, quod postquam videbat intentionem nostri dominii esse de non dando Scutarum domino suo, dictus dominus est contentus non petere illud; sed tamen non restabit pro tempore futuro, de suplicando nostro dominio ut illud sibi demus, sed contra dictum locum Scutari nunquam aliquam novitatem faciet, sad subiunxit . . . quod locum Drivasti nunquam posset dimittere, quia promisit Drivastinis sub fide sua eos nunquam relinquere, nec restituere nostro dominio; et ob hoc remanente Drivasto et tota alia contrata domino suo, ultra Scu-

tarum, dictus dominus suus contentus est, quod sicut dabamus Georgio Strazamiri ducatos mille in anno, ita contentus est nobis dare ducatos mille in anno . . . . . vadit pars, deputati iterum ire debeant ad ambassiatorem et ei dicere . . . . quod requisitio sua non videtur nostro dominio iusta, quod licet iuste petere possimus terram Antibari . . . tamen . . . . sumus contenti quod ea remaneat suo domino despoto, sed nobis restituat Drivastum; si vero hoc nollet — descendant, quod sumus contenti, quod retineat loca Antivari et Drivasti, pro quibus debeat nobis dare singulo anno ducatos mille, et nobis remaneant loca Dulcigni et Budvae et civitas Scutari, cum pertinentiis, illo modo, quo habuimus a condam domino Georgio Strazimiri; et si differentia esset in ducatis mille, tunc se retrahant ab his mille ducatis; — si ambassiator descendet ad has conditiones, tunc in bona gratia concludant, sed si nolet, debeant dicere quod hoc est nostra ultima et finalis intentio etc. . . . .

Secr. Cons. Rogator. Lib. VIII. ch. 51.

CCCXXXIV. 1422. 23. Aprilis.

Продужене погодбе са посланикомъ Српскогъ деспота Стефана. (Скраћено.)

Deputati iterum fuerunt cum ambassiatore domini despoti, — sed ille ad ul-

timas et finales conditiones nostras descendere noluit . . . dixit, quod dominus suus vellet retinere Antivarum et Drivastum cum contrata de supra Scutari, et vult aut Dulcignum aut Budvam, et ducatos mille in anno, sicut dabamus Balsae, . . . videntes deputati nostri nil aliud habere posse, dixerunt, quod illud erat ultima et finalis responsio nostra; qui ambaxator respondit, quod vellet comparere ad praesentiam nostri dominii et petere licentiam recedendi. . . Vadit pars, quod si ambassiator ad praesentiam domini ducis staret in volendo Antibari et Drivastum et contratum de supra Scutarum, et Dulcignum aut Budvam, et ducatos mille in anno; debeat serenissimus dominus dux ei dicere, quod videbatur nobis iustum et rationabile, quod ei proponi feceramus, videlicet: quod teneret Antibarum et Drivastum et daret nobis ducatos mille in anno, sed qui cum domino suo volumus bonam amicitiam habere et conservare, sumus contenti, quod ducatos mille in anno non solvat, teneat Antibarum et Drivastum cum confinibus; loca Dulcigni et Budva remaneant nostro dominio cum confinibus, civitas Scutari cum toto districtu, prout habuimus a condam domino Georgio Strazimiri; si non esset adhuc contentus, possint ei promitti ducati mille in anno de introitibus Scutari, prout dabamus Georgio Stra-

zimiri, ultra Antibarum et Drivastum, sicut superius continetur. Si vero de praticatis nihil diceret, solum peteret licentiam recedendi, tunc respondeatur, quod licentia recedendi est in arbitrio suo, et detur ei auctoritate huius consilii licentia.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 52.

CCCXXXV. 1422. 26. Aprilis.

Продужене погодбе са посланикомъ деспота Србскогъ Стефана. (Скраћено).

Cum post factam responsionem ambassatori domini despoti, nobilis vir ser Marcus Barbadico petierit licentiam, eundi ad dictum ambassatorem, . . . et dum loqueretur cum eo, de rebus illarum partium . . . . . ambassator ei dixit, quod receperat et habuerat magnum honorem a nostro dominio et quod multum erat obligatus nostro dominio, et quod libenter vellet, quod bonum concordium secutum fuisset inter nostrum dominium et dominum suum, et dolebat quod hoc restaret pro minima re, et quod libenter vellet, quod nostra dominatio mitteret unum nostrum ambassiatorem ad dominum suum, quia sperabat, quod dominus suus faceret de rebus gratis et acceptis nostro dominio, et quod prorogaretur treugua per illud tempus, quod esset rationabile et conveniens, vel donec ambassator noster iret staret et

rediret, quia habet syndicatum et libertatem ad plenum; vadit pars: respondeatur ambassiatori . . . . . sumus contenti treuguas prorogare per tempus conveniens et per modum, quo consvetum est treuguas facere, videlicet: quod qui tenent fortilitia teneant districtus, confinia et pertinentias terarum et fortiliciorum, quae tenent; et si contentus est treuguas ita prolongare, sumus contenti mittere ad praesentiam domini sui unum ambassatorem et. c. . . . . .

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 52.

CCCXXXVI. 1422. 27. Aprilis.

Продужене погодбе са посланикомъ деспота Србскогъ Стефана. (Скраћено).

Cum hodie comparuerit ad praesentiam dominii ambassiator domini despoti, et per serenissimum dominum ducem eidem fuerit dictum illud, quod captum fuit heri in isto consilio, de elongandis treuguis et de mittendo ambassatore, et dictus ambassator respondit, treuguas elongare non posse nisi per modum, quo factae fuerunt per dominum suum, et aliter non faceret pro non excedendo mandata domini sui, ... Vadit pars . . dici debeat eidem ambassatori . . . . sumus contenti elongare treuguas usque diem octavum Junii proximi, in illa forma qua factae fuerunt (per nostros provisores) . . . et

sumus contenti ad praesentiam sui domini mittere unum ambassiatorem, et si habet ad hoc libertatem, placeat facere salvum conductum nostro ambaxiatori, ... si vero non habet, noster ambassiator erit in S c u t a r o et ibi expectabit salvumconductum, ... in quo contineatur, quod non obstante expiratione treuguarum dictus ambassator sit salvus et securus usque reditum suum; — et ex nunc sit captum, quod mitti debeat ad praesentiam domini despoti nobilis vir ser J a c o b u s D a n d u l o . . et de comissione sua providebitur per collegium; de e x e m i i s autem mittendis per dictum ambassatorem provideri debeat per collegium, non excedendo summam ducatorum quingentorum; et comissio et e x e m i a mitti debeant nostro ambassatori die Sabati secunda mensis proxime futuri ad longius; et si dictus ambassator despoti petet licentiam recedendi, debeat ei licentia dari.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 53.

CCCXXXVII. 1422. 28. A p r i l i s.

Одговоръ посланицима великогъ войводе Босанскогъ Сандала. (Скраћено).

Quod ambassatoribus magnifici v a i v o d a e S a n d a l i respondeatur in hac forma: Et primo ad requisitionem quam faciunt, ut velimus domino suo v a i v o d a e S a n d a l i,

dare domum suam, videlicet terram Catari etc. respondemus; quod alias dum comunitas Catari multum oprimeretur, quod non poterant se sustinere . . . . . suplicavit ut dignaremur eam sub nostro dominio acceptare, ne iret ad manus aliorum contra velle suum, nos . . . . deliberavimus eam acceptare . . . . et intendimus eam tenere et conservare . . . . et rogamus dictum dominum suum, quod a tali requisitione se removeat.

Ad requisitionem autem quam faciunt, ut velimus dicto domino suo dare suos denarios, quos hic posuit in deposito, respondemus, quod semper vellemus facere ea quae convenientia forent erga dictum dominum Sandali, sed sicut dictis ambassatoribus notum est, dictus dominus suus habet captivos quatvor notabiles cives nostros Catarinos, et ipsos in carceribus tenet, quod est contra omnem humanitatem et equitatem; et propterea si dictus dominus Sandalus liberabit fideles nostros praedictos, ita quod sint in eorum libertate, et veniant Catarum, nos erimus parati dictos denarios eidem domino suo dare, veniente persona ex parte sua cum libertate ad plenum.

Alii volunt: quod ad primum respondeatur ut supra . .

Ad requisitionem autem denariorum quos petit, et quos posuit in deposito, respondeatur, quod sumus parati suo domino dictos

denarios dare, et propterea potest unus eorum hic remanere vel omnes si volunt, et nos providebimus illi vel illis, qui hic remanebunt, dictos denarios solvere, quia intentio nostra est, quod dicti denarii cum prode domino suo celeriter persolvantur.

Et debeat nostrum dominium instanter rogare ambaxatores praedictos, ut vellint apud dominum suum instare, et eundem nostri parte rogare, quod velit illos quatvor subditos nostros Catarinos, quos habet captivos, liberare.

Alii volunt: quod dictis ambassiatoribus Sandali possit fieri solutio denariorum depositatorum cum prode; Vadit pars: quod illud quod restabit de quarta quae exigitur, dari debeat dictis ambaxatoribus, solutis primo denariis, quos restat habere comes Albricus.

Secr. Cons. rogat. Lib. VIII. ch. 53.

CCCXXXVIII. 1422. 28. Aprilis.

Заключено по жельи посланика деспотовогъ, послати особитогъ Млетачкогъ посланика Србскомъ деспоту Стефану.

Cum ambassiator domini despoti Rassiae multum persvaserit nostro dominio, quod dominatio nostra prestissime providere vellit, mittere unum suum ambassiatorem ad praesentiam dicti do-

mini sui, pro concludendo et faciendo bonam pacem inter partes, et ut omnis materia guerrarum et scandalorum removeatur, ad quod pro utili bono nostrae dominationis sit necessario providendum, mittere unum nostrum ambassiatorem, qui sit informatus de jurisdictionibus et partibus Albaniae, et practicus in dictis partibus, Vadit pars: quod collegium domini et consiliariorum, capitum de XL et sapientum consilii, terrarum aquisitarum de novo, et ordinum, habeat libertatem elligendi unum ambassiatorem, sicut dicto collegio videbitur, aptum ad hanc rem; considerato quod erit magis acceptus dicto domino despoto, quod de hinc mittatur noster ambassiator, et etiam attento, quod prestissime expedietur de hinc. Dictus autem ambassiator ducat secum tres famulos et unum notarium cum uno famulo, et unum truzimanum, quem accipiat Scutari; et possit expendere in mari ducatos duos et in terra ducatos tres singulo die, non computatis agoziis equorum et nabulis navigiorum; habeatque pro ista ambassiata ducatos centum de pecunia nostri communis; de comissione autem sua per hoc consilium providebitur ante eius recessum, sicut melius videbitur fiendum. Remanente propter novitates quae esse possent in dictis partibus, nobile viro ser Jacobo Dandulo provisore Scutari, prout ad praesens est, ac donis fiendis dicto

domino despoto remanentibus firmis debere praesentari, sicut heri captum fuit, quae dona portari debeant praesentanda per ambassatorem, qui elligetur per dictum collegium. Electus ambassiator: ser Marcus Barbadico maior.

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 54.

CCCXXXIX. 1422. 16. Maii.

Наставленѣ за Млетачкогъ посланика Марка Барбадико, кои иде къ Србскомъ десноту Стефану.

Comissio nobilis viri ser Marci Barbadico, ambassiatoris ad partes Albaniae:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etcet. Comitimus tibi nobili viro Marco Barbadico dilecto civi et fideli nostro; quod de nostro mandato ire debeas noster honorabilis ambassiator, ad praesentiam illustris et excelsi domini Stephani, ducis Rassiae; cui praesentatis nostris litteris credulitatis, quas tibi fecimus exhiberi, et facta suae excellentiae fraterna et amicabili salutatione et oblatione cum verbis pertinentibus et necessariis, prout honori suo et nostro videbis convenire, debeas dicere et exponere: quod sicut excellentiae suae notum est, inter illustres progenitores suos et nostrum dominium bona et singularis amicitia semper fuit,

quam ex parte nostra procuravimus amicabiliter conservare. Sed considerantes novitates et oppressiones, quas sua excellentia contra loca et subditos nostros partium Albaniae attentavit et fecit, non parum condoluimus et dolemus, cognoscentes a nostro dominio nullam causam procesisse, ob quam deberet ad tales novitates et actus procedere; et speravimus quod per missionem sui ambassiatoris, quem ad praesentiam nostram destinavit, omnes praedictae novitates et dissensiones reformari deberent. Sed defectu libertatis, quam ad ea quae proposuimus dicto ambassiatori dixit non habere, non potuimus ad pacem et concordium secum venire, sicut sumus certissimi suam excellentiam a dicto suo ambassiatore fuisse informatam. Et propterea deliberavimus ad praesentiam suam te mittere in nostrum ambassiatorem, ut pro bona conservatione pacis et amicitiae inter partes, differentiis existentibus inter suam excellentiam et nos finis bonus et pacificus imponi possit. Et licet certi reddamur, quod ambassiator suus suae excellentiae dixerit et declaraverit intentionem nostram ad ea quae condescenderamus, tamen cognoscentes illa esse cum onere nostro, sed volentes ex parte nostra illam benivolentiam, fraternitatem et amicitiam, quam continue per elapsum, cum sius progenitoribus habuimus, etiam secum habere, et per futura

tempora augere, sumus parati ad bonam conclusionem et pacem cum sua excellentia venire per illos modos, quos suo ambassiatori diximus et declaravimus; videlicet quod dictus dominus teneat loca Drivasti et Antibari cum confinibus suis, et solvat nostro dominio singulo anno ducatos mille; et quod nostra dominatio teneat et possideat loca Dulcigni et Bude cum pertinentiis et districtibus suis, et civitatem Scutari cum districtu et pertinentiis suis, et per illum modum, quo dictam civitatem habuimus a quondam domino Georgio Strazimiri; et copiam compositionis, quam fecimus cum dicto Georgio, tibi dari fecimus pro tua informatione. Et ad obtinendum hoc debeas stare firmus et constans, utendo illis modis verbis et rationibus, quae tuae sapientiae utiles et necessarie videbuntur.

Et si facta parte tua omnia instantia possibili et perseverantia debita, in obtinendo suprascriptam nostram intentionem, illam obtinere non posses, damus tibi libertatem retrahendi te a requisitione solutionis dictorum ducatorum mille, per dictum dominum solvendorum nostro dominio, sed solum remaneat Drivastum et Antibarum cum confinibus suis, et nihil solvat nostro dominio, et nos teneamus Budvam et Dulcignum et Scutarum cum pertinentiis et confinibus suis, secundum quod in capitulo continetur.

Quando autem ad concordium et pacem cum dicto domino duce Rassiae venire non posses, et facta per te omni instantia possibili videres, non posse nostram intentionem obtinere, damus tibi libertatem possendi pomittere dicto domino ducatos mille in anno de introitibus Scutari, prout dabamus condam Georgio Strazimiri, tenente dicto domino duce Drivastum et Antibarum cum confinibus suis, et nostro dominio Buduam et Dulcinium cum confinibus suis et pertinentiis, et civitatem Scutari cum districtu et confinibus suis, et per illum modum, quo dictam civitatem habuimus a condam domino Georgio Strazimiri, ut superius continetur. Et si per aliquem modorum suprascriptorum poteris concludere, in bona gratia concludas.

Si vero ocurrisset. quod loca D r i v a s t i et A n t i b a r i vel aliquod eorum pervenisset ad manus nostras, vel perveniret antequam pervenires ad aliquam conclusionem cum dicto domino d u c e R a s s i a e, debeas instare et procurare, quod dicta loca remaneant nostro dominio, cum districtibus et pertinentiis suis, et circa hoc debeas facere posse tuum; et quando hoc obtinere non posses, damus tibi libertatem promittendi pro loco Drivasti singulo anno ducatos sexcentos, ultra dictos ducatos mille; et pro loco Antibari ducatos quadringentos. Et si hoc obtinere non posses, quia dictus dominus vellet dicta loca sibi re-

stitui; si per rectores nostros non fuisset facta promissio illis dictorum locorum, de non restituendo dicta loca dicto domino duci, ut ob hoc non restet conclusio pacis aut concordii, sumus contenti, quod dicta loca Drivasti et Antibari restituere debeas. Si vero rectores nostri promisissent illis dictorum locorum, de non restituendo illa dicto domino duci, dicta loca eidem non debeas restituere, sed procura quod nobis remaneant cum solutione dictorum denariorum, ut superius continetur.

Si vero per aliquem modorum suprascriptorum ad concordium et pacem cum dicto domino duce Rassiae venire non posses, volumus quod cum illis dextris modis et sapientibus verbis, quae tibi necessaria videbuntur, debeas venire ad praticam secum super facto treuguarum. Et damus tibi libertatem veniendi ad treuguas cum dicto domino duce per illud maius tempus quo poteris; quas treuguas debeas facere in hunc modum, videlicet, quod illi qui tenent fortilitia, teneant confinia et pertinentias terrarum et fortiliciorum quae tenent, et aliter dictas treuguas non debeas facere et concludere.

Et si dictus dominus dux Raxiae ad dictas treuguas per modum suprascriptum condescendere nollet, debeas dicto domino duci dicere, quod nostra dominatio, pro conservando bonam amicitiam et fraternitatem

cum sua excellentia, condescenderat ad ea, quae suae excellentiae proposuisti, quamvis cognosceremus et cognoscamus, illa esse cum onere nostro, et quod tu non habes aliud in mandatis a nostro dominio, et non possendo aliter facere tu recedes. Et in casu quo recederes, debeas dicto domino duci dicere, quod dolemus quod ad pacem secum non venerimus, et nostra dominatio se posuerat ad ea, quae erant cum onere nostro, et hoc solum feceramus pro conservando secum illam bonam fraternitatem et amicitiam, quam per elapsum habuimus cum progenitoribus suis et secum. Et nos gravat quia erimus astricti facere illas provisiones, quae videbuntur necessariae pro conservatione honoris et status nostri. Et expositis praedictis et accepta licentia a dicto domino, debeas redire Scutarum, et informare comitem et capitaneum ac provisorem Scutari de terminis, in quibus remanseris cum domino duce Rassiae praedicto. Et data informatione praedictis rectoribus Scutari, de omnibus per te secutis, debeas redire Venetias, de omnibus novis et conditionibus de inde plene informatus.

Fecimus etiam tibi dari litteras credentiales in personam magnifici domini Georgii, quondam domini Volchi, et volumus quod si dictus dominus Georgius erit apud dictum dominum ducem Raxiae, eidem facta salutatione et oblatione

cum verbis pertinentibus, debeas exponere causam tui accessus ad praesentiam dicti domini ducis Raxiae, et eundem rogare, ut velit esse propituis apud dictum dominum ducem, quod possis intentionem nostram obtinere.

Insuper fecimus tibi dari certa exenia, portanda dicto domino duci Rassiae, et volumus quod quando ibis ad praesentiam dicti domini ducis, debeas dicta exenia presentare. Verum si ibi erit dominus Georgius domini Volchi, relinquimus in libertate tua, praesentandi dicto domino Georgio unam petiam veluti non aureati, et si tibi non videbitur de praesentando dictam petiam veluti dicto domino Georgio, omnia dicta exenia debeas dicto domino duci praesentare.

Et ex nunc captum sit, quod copia praesentis comissionis mittatur rectoribus nostris Scutari, et detur eis libertas, quod si dictus ser Marcus recederet in discordia, et post recessum dicti ser Marci venirent ad aliquam praticam pacis vel treugue cum dicto domino duce Raxiae, possint pacem vel treuguas concludere secundum continentiam dictae comissionis. Et si casus daret, quod dicta pratica fieret alibi quam in Scutaro, vel quod esset necesse quod unus eorum iret ad dictum dominum Raxiae, ordinetur quod ser Jacobus Dandulo ire debeat, et comes et capitaneus remaneat ad custodiam Scutari.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 55

CCCXL. 1422. 26. Maii.

Наставленѣ за Іована Ђеорђіо, Млетачкогъ посланика, кои иде къ Босанскомъ кралю.

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum et cet. Comittimus tibi nobili viro Johanni Georgio, dilecto civi et fideli nostro, quod ire debeas noster honorabilis ambassiator cum nostris litteris credulitatis, ad praesentiam serenissimi domini regis Bossinae, cui praesentatis nostris litteris credulitatis et facta fraterna et amicabili salutatione et oblatione, cum verbis pertinentibus et necessariis, prout honori suo et nostro videbis convenire, debeas suae serenitati dicere et exponere, quod nostra dominatio, audiens felices successus suos, et creationem suam ad regnum, cordialem consolationem et letitiam habuit et habet, propter singularem amorem et intrinsecam amicitiam, quae semper fuit inter illustrissimos progenitores suos et serenitatem suam et nostrum dominium, et audita creatione sua ad regnum suum, in mente nostra fuit, ad praesentiam suam mittere nostram ambassiatam. Et ideo te misimus ad congaudendum secum de felicibus successibus suis et creatione sua, tamquam cum fratre et amico nostro carissimo, et supplicamus altissimo, ut dignetur suam serenitatem feliciter et longeve in regno suo conservare, secundum desiderium cordis sui.

Facta autem congratulatione cum dicto domino rege de creatione sua praedicta, et praesentatis exeniis quae tibi dari fecimus, dicto domino praesentandis, que praesentare debeas prima vice, qua ibis ad praesentiam suam, des tibi operam essendi una alia vice cum domino rege praedicto, et suae serenitati dicere, quod sicut serenitati suae notum est, terrae nostrae D a l m a t i a e contigue sunt terris et locis regni sui, sed subditi sui non possunt secure ad loca et terras nostras venire, et nostri similiter non possunt ad terras et loca regni sui ire, quia in via capiuntur et derobantur. Et cupientes securitatem subditorum suorum et nostrorum, et optantes quod subditi sui cum nostris, et nostri cum suis, possint stare conversari et mercari, ut amicitia inter partes de bono in melius augeatur; rogamus suam serenitatem, ut sibi placeret velle ponere illa remedia, quae sint necessaria et possibilia, quod subditi et mercatores sui possint secure ad loca et terras nostras venire, et nostri ad terras et loca regni sui similiter secure accedere possint, cum eorum mercationibus et bonis, quia hoc redundabit ad honorem suae serenitatis et nostri dominii, et ad commodum et bonum subditorum ambarum partium.

Et si dictus dominus rex a te peteret declarari, quid videtur nostro dominio per eum fieri debere ad securitatem subditorum

suorum et nostrorum, ut possint insimul conversari secure et quiete; respondere debeas, quod sua excellentia est plenissime informata de conditionibus dictarum partium, et sapientissime sciet remedia necessaria adhibere, et procura quod a se ipso proponat illa media, quae suae serenitati viderentur opportuna. Et si tibi proponeret remedia non conformia intentioni nostrae infrascriptae, debeas eum inducere ad intentionem nostram infrascriptam. Si vero vellet de intentione nostra et de remediis opportunis et quae viderentur nostro dominio a te declarari, dicere et respondere debeas: quod comes Johannes de Citines est ille, qui impedit subditos suos et nostros et eos capi et depredari facit, et quod nobis videretur, quod contra eum procedi deberet. Et ut serenitas sua videat, quod hoc non facimus causa aquirendi aliquod dominium, sumus contenti, quod totum illud quod aquireretur comitis Johannis sit suae serenitatis, exceptis districtibus terrarum nostrarum, qui tenti et occupati fuissent per dictum comitem Johannem, excepto castro Sclisie et Dalmisio et montanea Polizanorum, quae loca habere debeat nostrum dominium, quae solum volumus, quia sunt contigua terris et locis nostris, pro securitate subditorum et fidelium nostrorum dictarum partium. Et si dictus dominus rex, vellet a te declarari,

quid ob hoc contribuere vellemus, debeas respondere; quod quociescunque serenitas sua veniret aut mitteret potentem exercitum contra comitem Johannem praedictum, nostra dominatio mittet subditos et fideles nostros terrarum et locorum nostrorum de inde, in illa quantitate, quae erit iusta et rationabilis. Et si super montanea Polizanorum caderet difficultas, sumus contenti quod dicta montanea remaneat ad obedientiam suae serenitatis, restituentibus illis totum illud quod tenent subditorum nostrorum. Et quia forte, si dictus dominus rex se ad hoc disponeret, requireret et peteret, quod necessarium etiam esset habere ballistarios, quia secundum informationem quam habemus, ballistarii multum essent utiles ad obtinendum loca dicti comitis Johannis, volumus et damus tibi libertatem, quod si dictus dominus rex requireret subventionem ballistariorum, possis ei promittere ballistarios centum et a centum quinquaginta, sicut melius poteris.

Insuper volumus, non quando incipies praticam super factis dicti comitis Johannis, sed postea quando tibi tempus videbitur, esse debeas cum dicto domino rege, et suae serenitati dicere, quod amicitia et fraternitas existens inter suam serenitatem et nos, nos inducit, quod provideamus, quod mercatores et cives nostri conversentur in locis suis, tamquam si essent in locis nostris propriis. Et

propterea si suae serenitati placeret velle providere, quod alius s a l non conduceretur N a r e n t u m, nisi sal fidelium et subditorum nostrorum, nostrum dominium offert teneri facere per subditos nostros dictum locum Narente, continuo fulcitum sale habundanter; et dictum salem vendi facere illo pretio, quo venditur per alios mercatores. Et quia informati sumus, quod utilitas salis, qui conducitur Narentam, dictus dominus rex concessit tribus vel quatvor ex suis baronibus, qui illam dividunt inter se, quae utilitas est ducatorum duorum millium in anno ut dicitur; Volumus quod quando eris in Tragurio et Spalato, procurare debeas, de habendo informationem super utilitate dicti salis, qui conducitur Narentam; et si habebis informationem, quod dicta utilitas sit in anno ducatorum duo mille, damus tibi libertatem, ut dictus rex libentius condescendat intentioni nostrae, ut illi barones, quibus concessa est dicta utilitas, non sint contrarii, possendo promittere dicto domino regi, singulo anno ducatos mille et quingentos usque ·II· mille, sicut melius facere poteris, non possendo per aliquem conduci sal Narentam, nisi sal subditorum nostrorum, sicut superius continetur.

Et quia posset occurere, quod magnificus S a n d a l i esset apud dictum dominum regem, volumus quod cum nostris litteris credulitatis, esse debeas cum dicto Sandali, cui facta

amicabili salutatione et oblatione, cum verbis pertinentibus et necessariis, debeas suae magnificentiae dicere, quod in recessu tuo de Venetiis, ambassiator suus habuerat certam partem suorum denariorum, et es certus, quod post recessum tuum presto fuerit expeditus, et habuerit residuum denariorum praedictorum, utendo cum dicto magnifico Sandali, illis bonis et amicabilibus verbis, in signum conservationis bonae amicitiae inter ipsum et nos, quae tuae sapientiae videbuntur.

Et quia etiam posset occurrere, quod dictus Sandali, in locutionibus quas secum habebis, tibi faceret mentionem de civitate Catari, et conquereretur de nostro dominio, et peteret dictam civitatem sibi restitui debere, prout requiri fecit per suos ambassiatores: volumus quod dicere et respondere debeas, quod sicut alias suis ambaxiatoribus responsionem dedimus; nostrum dominium non accepit dictam civitatem Catari causa habendi maius dominium, sed dictam civitatem accepimus moti compassione, et propter magnas oppressiones et novitates, quas eis faciebat condam Balsa Strazimiri, ne perveniret ad manus dicti Balsae, qui sicut suae magnificentiae notum est, erat inimicus noster; et etiam quia vidimus intentionem dictae comunitatis esse, potius velle se submittere Turchis, quam subiugari a dicto Balsa. Ex quo dictus dominus Sandali non habet

causam conquerelandi de nostro dominio, quia dicta comunitas erat in libertate sua, et poterat se submittere cui placebat; cui communitati promisimus illam nunquam alicui submittere, sed sub protectione nostra tenere et conservare, et aliter pro honore nostro non faceremus. Sed ut dictus dominus Sandali cognoscat bonam intentionem nostram, si suae magnificentiae placet bonam vicinantiam facere nostrae civitati Catari, et subditis et fidelibus nostris Catari et territoriis suis, et promittere de faciendo et faciat cum effectu, quod caravanae veniant per rectam viam ad civitatem Catari, et non vadant Ragusium, sumus contenti dare facere singulo anno dicto domino Sandali yperpera de Cataro mille, de introitibus camerae salis Catari. Et si cum dictis mille yperperis ad concordium venire non posses, damus tibi libertatem promittenti yperpera mille et quingenta usque duo millia, sicut melius facere poteris, faciente dicto domino Sandali promissionem suprascriptam et illam observante. Volumus tamen, quod procures liberationem et relaxationem illorum quatvor obsidum de Cataro, quos dictus Sandali tenet captivos, et circa hoc facias posse tuum in quantum poteris. Et si illos habere non posses, et esses in concordio cum dicto Sandali de aliis tibi comissis, non debeas restare, sed concludere, ut superius tibi comittimus.

Et quia in talibus praticis multociens occurrunt differentiae. si videres quod interpositio serenissimi domini regis esset utilis et proficua, ad ponendum concordium inter dictum Sandali et nos, volumus quod compareas ad praesentiam dicti domini regis, et suae serenitati dicere, quod sicut optamus bonam fraternitatem habere et conservare cum sua serenitate, sic intentionis nostrae est, bonam amicitiam et dilectionem habere cum baronibus suis, narrando dicto domino regi differentiam existentem inter te et Sandali, et rogando suam serenitatem, ut se interponat et inducat dictum Sandali ad condescendendum his, quae eidem obtulisses, quam interpositionem regiam, si tibi videbitur necessaria, debeas requirere antequam venias ad ultimam promissionem ypperperarum ·II· mille, ut per medium suum cum dicta quantitate ypperperorum ·II· mille possis intentionem nostram obtinere, utendo circa hoc illis bonis verbis et dextris modis, quae tuae sapientiae videbuntur.

Et si Sandali de facto Catari nullam tibi faceret mentionem, volumus quod cum dicto Sandali debeas te gravare, quod non permittat caravanas accedere ad terram nostram Catari, considerato quod sumus in bona amicitia cum domino suo, domino rege et secum, et cum istis verbis procura pro movere dictam materiam Catari, cum illis mo-

dis qui tibi videbuntur, et sollicita de essendo secum in concordio, prout tibi superius committimus. Et si dictus Sandali non esset apud dictum dominum regem, sed esset in locis suis una vel duabus dietis longe a dicto rege, ad praesentiam suam ire debeas, si cum securitate ire poteris, ad exequendum intentionem nostram suprascriptam, quando tibi tempus habile videbitur, primo data notitia dicto domino regi, quod nostra dominatio, cupiens bonam amicitiam conservare cum baronibus suis, prout sumus dispositi facere cum sua serenitate, existente aliqua differentia inter nostrum dominium et dominum Sandali, cum bona licentia suae serenitatis, intendis ire ad praesentiam dicti Sandalis, pro ponendo finem differentiae praedictae.

Insuper quia dominus archiepiscopus Spalati nostro dominio dixit, quod dictus dominus rex multum optat habere uxorem catolicam, et ut dixit, libenter vellet habere unam de Malatestis, et optaret quod ad hoc se interponeret nostrum dominium, si dictus dominus rex, de hoc aliquam tibi faceret mentionem, volumus quod offerre debeas nostrum dominium ad interponendum se cum dominis de Malatestis, et cum aliis, secundum quod tibi dicet.

Et si in his quae tibi committimus, exequenda caderet aliqua differentia, volumus

quod scribere debeas differentias occurrentes, et expecta nostrum mandatum.

Ceterum quia alias nobilis vir ser Marcus Dandulo, qui fuit ambassiator noster ad regem Bossinae, obtinuit unum privilegium in favorem mercatorum nostrorum, cum multis exemptionibus et praerogativis, cuius copiam tibi dari fecimus pro tua informatione, volumus, quod procurare debeas cum domino rege Bossine, habere confirmationem privilegii praedicti, pro bono mercatorum nostrorum.

Habere quidem debes pro ista ambassiata ducatos ducentos, et ducere debes tecum unum notarium cum uno famulo, tres domicellos, unum trucimanum et unum cochum; et potes expendere ducatos duos cum dimidio in die, non conputatis agoçiis equorum et nabulis navigiorum. (De parte 128, non 3. non sine 1.)

Secr. Cons. Rogat. Lib. VIII. ch. 58.

CCCXLI. 1422. 31. Julii.

Заповесть капетану Кулфа, да притече у помоћь граду Скадру. (Скраћено)

Cum comes et capitaneus ac provisor Scutari scripserint nostro dominio maximam extremitatem, in qua se reperit civitas nostra praedicta, et quod vident non posse civitatem sustinere comedendo panem et aquam, nisi per totum mensem Novem-

brum, et supplicant ut dignemur ad eorum subventionem providere, et necessarium sit pro honore nostro, dictae civitati sucurrere, ne in tanta infamia nostram amittatur; vadit pars: quod mitti debeant pro subventione dictae civitatis, staria duo millia frumenti et sex buttas olei, et ultra hoc illos quinquaginta pedites, qui hic sunt, mitti debeant Scutarum; et ut dictae res introducantur intra Scutarum, ad defensionem et conservationem eius, sicut est intentio terrae, scribi debeat capitaneo nostro Culphi in hac forma:

Capitaneo Culphi: per litteras comitis et capitanei ac provisoris nostrorum Scutari, fuimus nuperrime et distincte informati de extremitate, in quam reducta est civitas nostra predicta, tam victualium, munitionum et ballistarum, quam aliarum rerum necessariarum ad defensionem civitatis praedictae, subiungentes, quod si vos cum barchis et ganzarolis ac galeis vobis commissis, stetis setis in Boiana Scutari, sicut fuit vobis commissum, propter recessum Masarach, qui timore Turchorum se reduxerat Drivastum, potuissetis loco nostro praedicto succurrere et subvenire. Et miramur et dolemus de vobis, quod non steteritis in flumi, ne praedicto, et apud vos tenueritis barchas et ganzorolos nostros, sicut a nobis habuistis in mandatis, quia illos et illas solum misimus, ut vobiscum in dicta Boiana starent,

ut temporibus et horis debitis potuissetis succurrere civitati nostrae praedictae, quam videmus ad dictam extremitatem reductam esse vestra causa et defectu. Et propterea cum nostris consiliis . . . . . vobis mandamus, quatenus subito recepto praesenti nostro mandato, debeatis vos . . . reducere in Boianam, et sollicitare et procurare totis spiritibus vestris, de mittendo in Scutarum staria duo mille frumenti, buttas sex olei ac pedites quinqaginta, quos mittimus . . . . et alias res, et ballistarios, quas et quos posuistis in Dulcigno, dimittendo nihilominus Dulcignum bene fulcitum . . . succurrendo civitati, ut defendi et conservari possit ad honorem nostri dominii, . . . et taliter contra inimicos nostros guerizare debeatis, ad eius defensionem et offensionem inimicorum nostrorum, quod ad audientiam nostram perveniant viriles operationes vestrae, et quod videamus per effectum, vos mandata nostra fuisse executos.

Secr. Cons. Rog. Lib. VIII. ch. 64.

CCCXLII. 1422, 26. Augusti.

Наставленѣ за байлыя Млетачкогъ у Цариграду, да иде къ султану Мурату, и да се тужи на Србскогъ деспота Стефана, и да иште помоћь противъ овога.

(Скраћено.)

Quod scribatur baiulo nostro Constantinopolis in hac forma:

Per litteras vestras datas in Constantinopoli die vigesimo secundo mensis Junii elapsi, quas recepimus die vigesimo praesentis, remansimus plenarie informati de adventu Turchorum, ad obsidionem Constantinopolis . . . etc.

. . . . . .

Et si ocurreret quod eatis ad praesentiam dicti Turchi, pro interpositionae pacis, volumus quod dicto Morathbey dicere debeatis . . . . .

Quando vero in receptione praesentis nostri mandati pax secuta esset inter dictum dominum Jmperatorem et Morathbey, et cum dicto Morathbey non conclusissetis pacem nomine nostri dominii, quia ad eius praesentiam non ivissetis, volumus et sic vobis mandamus, quatenus si dictus Morathbey esset distans a civitate Constantinopolis per dietas sex et non ultra, sive a parte Greciae sive a parte Turchiae, ad eius praesentiam ire debeatis . . . . . audientes excellentiam suam ad dignitatem dominii loco dicti patris sui ascendisse . . . . nostra dominatio contenta est dictam pacem de novo cum sua excellentia confirmare . . .

Confirmata autem dicta pace cum illis pertinentibus verbis, quae vestrae discretioni videbuntur, debeatis dicto domino dicere, quod vigore dicti capituli, si loca nostra Albaniae per aliquem molestantur, debet ip-

sa loca deffendere: et quia dominus despotus Raxiae damnificat loca nostra praedicta, in observatione capituli dictae pacis, requirere debeatis dictum dominum, quod circa hoc faciat et provideat in defensionem locorum praedictorum, sicut videbit fore necessarium, pro honore sue excellentiae et observatione pacis praedictae; instando et procurando toto vestro posse, quod dictus dominus mittat unum ex suis ad dominum despotum praedictum, ad faciendum sibi mandatum, quod se removeat ab obsidione, et abstineat a damnis locorum nostrorum Albaniae, et nobis restituat loca nostra, quae occupavit; cum quo nuntio suo, si erit necesse, unum vestrum nuncium secum mittere debeatis . . . . .

. . . . tamen quia posset occurrere, quod dictus dominus occupatus circa maiora, non posset mittere gentes suas in subventionem locorum nostrorum praedictorum. . . . . adminus mandatum faciat capitaneis suis existentibus circa loca Albaniae, quod si requirerentur a rectoribus nostris . . debeant eis subvenire . . .

Secr. cons. rogat. Lib VIII ch. 31.

CCCXLIII. 1421, 10 Septembris.

Одговоръ Млетачкомъ посланику код Босанскога краља, Іовану Ђорђію. (Скраћено.)

Quod respondeatur nobili viro Ser Johanni Georgio, ambassiatori nostro ad dominum regem Bossinae, in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas Visochi die 17 mensis Augusti elapsi, per quas distincte et ordinate scripsistis nostro dominio, omnia per vos praticata usque dictum diem, cum serenissimo domino rege Bossinae, et quod super omnibus per vos suae serenitati expositis acceperat terminum ad respondendum, quia volebat esse cum suis baronibus in consilio congregando, sicut in dictis vestris litteris continetur etc. Ad quas litteras vestras respondentes . . . scribimus, ... quia in comissione vestra continetur, quod possitis promittere dicto domino regi contra comitem Johannem de Citines ballistarios 100 usque 150, . . . et de subditis terrarum nostrarum de inde; et quia non specificatur numerus dictarum nostrarum gentium . . . vobis declaramus, quod sumus contenti, quod specificetis istum numerum, ultra ballistarios ad numerum quingentorum; et si plures mitti poterunt, plures mittemus. . . . . Si vero occureret . . quod dictus rex peteret sive peti faceret subventionem denariorum, quia potius vellet subven-

tionem denariorum, quam gentium, volumus, quod quando pur dictus dominus rex vellet habere subventionem denariorum, et aliter facere non possetis, quod possitis promittere dicto domino regi usque ducatos octo millia in decem millia, sicut melius facere poteritis, dante dicto domino rege nostro dominio castra Clisii et Dalmisii, et restituente terris et locis nostris de inde, illud quod tenet dictus comes Johannes, et Polizani de districtibus praedictis, sicut in vestra commissione continetur; quos denarios parati erimus dari facere dicto domino regi, positis in manibus nostris castris suprascriptis, declarando vobis in omnem eventum, quod si vellet subventionem denariorum, non intendimus aliquam gentium subventionem contribuere.

Super eo autem quod scribitis, dictum dominum regem optare ut vobis videtur, essendi nobilem Venetiarum, vobis respondemus, quod si dictus dominus rex vobis faceret mentionem de facto praedicto, aut fieri faceret, debeatis respondere, quod estis certissimus, quod in hoc nostrum dominium multum alacriter ei complacebit.

Sed ut possitis illis duobus, quos scrip sistis, nostri parte exenia praesentare, mittimus vobis unam peciam panni.

Verum si devenietis ad compositionem cum dicto domino rege, contra dictum comitem Johannem, et ipse remanserit contentus

de subventione gentium nostrarum, ut hoc negotium non differatur, scripsimus rectoribus nostris Jadrae, Sibenici, Tragurii et Spalati, quod ad omnem vestram requisitionem mittere debeant de subditis terrarum nostrarum praedictarum, ad illum locum ad quem fuerit deliberatum, quas litteras misimus ad manus comitis nostri Spalati, per eum conservandas, ut occurrente casu dictas litteras nostras simul cum vestris, positis dictis nostris rectoribus destinare, pro dictis ballistariis et gentibus congregandis, et reducendis ad locum, deliberatum per vos cum domino rege praedicto.

Ad alia autem per vos scripta nulla alia cadit responsio, quia expectamus audire responsionem, quam a dicto domino rege habebitis.

Et ex nunc sit captum, quod scribi debeat rectoribus nostris Jadrae, quod ad omnem requisitionem dicti ser Johannis Georgio ambaxiatoris nostri praedicti, mittere debeant contra comitem Johannem de Citines, ex fidelibus nostris Jadrae et districtus, prout eis videbitur ducentos, inter quos ducentos sint XLVIII. cum ballistis, aptos ad ballistas, non mittendo ex stipendiariis nostris ullo modo.

Comiti autem Sibenici committatur, quod mittere debeat ex fidelibus nostris Si-

benici et districtus ducentos, inter quos sint ·XLVIII· cum ballistis, aptos ad ballistas.

Comiti autem Tragurii commitatur, quod mittere debeat ex fidelibus nostris Tragurii et districtus centum quinquaginta, inter quos sint triginta sex cum ballistis, aptos ad ballistas

Comiti autem Spalati comittatur, quod ex fidelibus nostris Spalati mittere debeat centum, inter quos sint viginti quatvor cum ballistis, aptos ad ballistas.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 73.

CCCXLIV. 1422. 2. Octobris.

Одговоръ кнезу Шибенићкомъ, тичући се Босне, Сандала и кнеза Іована Цетинскогъ. (Скраћено.)

Quod respondeatur nobili viro ser Nicolao Maripetro, comiti nostro Sibenici, in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas die 15 Septembris elapsi, cum inclusis litteris nobis missis per comitem Johannem de Citines, et audivimus requisitionem, quam idem comes Johannes facit, quod sui subditi possint se reducere cum personis et bonis suis, super territorio nostro pro eorum securitate, quia timet ne vaivoda Sandali guerram sibi faciat etc. . . . . debeatis ei significare, quod si vellet nobiscum vivere in bona pace et bona vicinitate, nos etiam

sumus dispositi habere secum amicitiam et bonam pacem, sed ut hoc possit obtineri, debeat comes Johannes restituere ea, quae occupata tenet, et quae pertinent comunitati nostrae Spaleti: si hoc vult facere, sumus contenti, quod subditi sui, cum rebus et animalibus suis, possint se reducere ad loca nostra pro eorum securitate, in casu necessitatis, qui subditi sui a nostris secure et amicabiliter tractabuntur.

Si hoc nollet facere, quia habet de illis occupatis bonam utilitatem, potestis illi promittere de introitibus Spaleti ducatos quingentos singulo anno.

Si nec hoc vellet, potestis promittere ultra supradicta, quod sumus parati subvenire eidem cum 100 hominibus, sed restituat omnia.

Et si veniretis ad conclusionem bene, si vero caderet aliqua differentia, per barcham propriam debeatis quam celerius nobis scribere, ut possimus mandare quod videbimus esse oportunum.

Si possetis obtinere ab eo castrum Clisii, quod est situm prope Spaletum, damus vobis libertatem promittendi comiti Johanni et suis, pro habendo dictum castrum in manibus nostris, usque ad ducatos quinque millia.

Si vero nollet ad pacem condescendere, sed vellet treuguas concludere, potestis fa-

cere cum eo treuguas per annos decem et ab inde supra.

Si vero in receptione praesentis, sentiretis nobilem virum ser Johannem Georgio ambassiatorem nostrum, recessisse de Bossina in concordio cum rege Bossinae, non debeatis ad aliquam praticam intrare cum comite Johanne, sed scribatis nobis et expectetis nostrum mandatum.

Mittimus vobis duas litteras nostras praesentibus alligatas, quas scribimus nobili viro ser Johanni Georgio, ambassiatori nostro ad partes Bossinae, volentes et fidelitati vestrae mandantes, quatenus si venietis ad concordium cum dicto comite Johanne, dicto ser Johanni Georgio mittere debeatis litteram nostram signatam isto signo: o.

Si vero non veniretis ad concordium cum dicto comite Johanne, dicto ser Johanni Georgio ambaxiatori nostro, mittere debeatis aliam literam nostram signatam isto signo: #; et aliam signatam primo signo suprascripto, penes vos retinere debeatis.

Mittimus insuper unam tertiam litteram signatam isto signo: X quam subito per nuncium proprium velocem et pressum dicto ser Johanni Georgio ambassiatori nostro, mittere debeatis.

Secr. consil. rog. Lib. VIII. ch. 74.

CCCXLV. 1422. 2. Octobris.

Налогъ кнезу Шибеничкомъ Николи Марипетру, да учини миръ са Поличанима подъ наведеннимъ условима.

Comittitur comiti Sibenici ser Nicolao Maripetro, quod cum Polizani libenter vellent venire ad pacem et concordiam cum nostro dominio, possit cum illis intrare ad praticam pacis, et dari uni vel pluribus eorum salvumconductum, ut possint venire prope Dalmissam vel alium aptum locum, et sub conditione, ut reddant quod habent occupatum de terris nostri dominii, et ut in posterum vivant in bona pace et vicinitate cum nostris subditis, in nomine domini concludat cum eis pacem.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 75.

CCCXLVI. 1422 4. Octobris.

Наставленѣ за Марка Барбадика, кои иде да буде Млетачки проведиторъ у Котору. (Скраћено).

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Marco Barbadico, debeas . . . ire Catarum in provisorem nostrum dicti loci, et regere cum omni humanitate possibili ... terram praedictam et districtum ac homines de inde, ... et debeas stare in dicto loco per sex menses . . . .

Cum autem illuc applicueris, sumpta bona informatione . . . de esse contrate, et quibus

modis possis habiliter illam reducere ad nostram obedientiam, . . . debes procurare cum toto spiritu tuo, de reducendo contractam praedictam ad mandatum et obedientiam nostri dominii, et guerrizare viriliter contra emulos nostri dominii . . . . . .

Volumus insuper, quod cum applicueris C a t a r u m, debeas subito expedire aliquem sollicitum et velocem nuntium cum litteris tuis dirigendis d o m i n o d e s p o t o, cui per dictas tuas litteras debeas scribere et significare in forma convenienti, de iniuriis et extorsionibus et molestiis tibi et familiae tuae illatis, et de equis tibi ablatis, tempore reversionis tuae ab eius praesentia ad nostrum dominium, contra promissionem per suam excellentiam tibi factam, et contra suum salvum conductum; et qualiter es praesentialiter rector in C a t a r o, et es mansurus, offerendo te in possibilibus ad beneplacita suae excellentiae; . . . . . comittendo nuncio tuo, quod habita responsione praedicti domini d e s p o t i, studeat celeriter ad te redire, quo reverso de responsione quam habueris, et de aliis omnibus debeas prestissime informare nostrum dominium . . . . . .

Debeas insuper procurare omnimode ... de habendo colloquium cum G e o r g i o et A l e x i o J u r a s, dando tibi operam . . . . trahendi et reduci faciendi eos ad obedientiam nostram, ... et ad hoc procurandum,

potes eis promittere . . de introitibus Catari, yperperos mille usque mille ducentos in anno.

Ceterum ut habeas media inducendi praedictos Georgium et Alexium Juras et alios, ad mandatum et obedientiam nostri dominii, ... emi fecimus pecias viginti novem pannorum, et pecias quadraginta duas fustaneorum, inter quos pannos est una pecia panni viridis, danda tota seu pars prout tibi videbitur, et de fustaneis, praedictis Georgio et Alexio Juras; et propterea de praedictis pannis et fustaneis dare et dispensare debeas, sicut et quando tibi videbitur, inter illos quos putabis fore utiles pro statu nostro, sicut scripserat se facturum quondam vir nobilis ser Antonius a Bocholis, olim comes noster Catari. Debeas habere ducatos quingentos pro sex mensibus, qui incipiant, die quo Catarum applicueris, ducendo et tenendo tuis salario et expensis, quinque famulos aptos ad arma, et unum cancellarium. etc. . . . . .

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 76.

CCCXLVII. 1422. 4. Octobris.

Наставленѣ за Іована Ђорђіо, Млетачкогъ посланика кодъ Босанскогъ краля. (Скраћено).

Quod scribatur nobili viro Ser Johanni Georgio, ambaxiatori nostro ad serenissimum dominum regem Bossinae, in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas vigesimo tercio Augusti et quarto Septembris, quibus bene intellectis volumus . . . quatenus debeatis differe et expectare nostrum mandatum, quod vobis mittemus de brevi; verum quia videmus in sermonibus vos locutum fuisse valde late, et ultra contenta in vestra comissione, praesertim contra Raguseos et comitem Johannem de Citines, mandamus . . . quatenus debeatis in posterum abstinere vos de faciendo tales sermones . . . . .

Ad factum responsionis vobis datae per vaivodam Sandali, debeatis ei dicere, . . quod videtur nostrae dominationi conveniens, audita ipsa sua responsione, quod caravanae possint pro commoditate sua ire prout volent, prout profertur; estis contentus concludere; et in dicto casu ita facere debeatis: dando eidem de introitibus Catari ypperpera mille quingenta in anno, prout sibi promisistis . . . . Et si hoc non sufficeret, potestis promittere ei usque ad ypperpera duo millia; . . procurando etiam, quod illi quatuor obsides Catarini, quos tenet, liberentur et relaxentur in eorum libertate, ut est conveniens; ad factum autem mercati Narentae, dicere debeatis, quod audita responsione magnificentiae suae, remanemus contenti de responsione sua praedicta.

In casu quo ser Nicolaus Maripetro, comes noster Sibenici, concludat cum comite Johanne, scribatur eidem ser Johanni Georgio:

Cum nostris consiliis rogatorum et addicionis fidelitati vestrae mandamus, quatenus receptis praesentibus debeatis ad praesentiam illius serenissimi domini regis Bossinae comparere, et suae serenitati exponere, quod dominatio nostra, habita per litteras vestras informatione de responsionibus excellentiae suae, factis ad exposita parte nostri dominii, regratiatur suae serenitati de sua optima dispositione, et de magno honore impenso per excellentiam suam vobis nostro ambassiatori, offerendo nostrum dominium ad quaecunque possibilia et beneplacita suae serenitatis. Ad partem autem nostrae interpositionis oblate, procurandi pro excellentia sua apud dominos de Malatestis, quod haberet in conjugem dominam de ipsa domo, prout per dominum archiepiscopum Spalati parte suae serenitatis fuit dominio nostro porrectum, dicere debeatis, quod oblatio nostrae interpositionis processit pro complacendo excellentiae suae: et quod modo audita dispositione celsitudinis suae, dominatio nostra de omni deliberatione suae serenitatis remanet contentissima, et id quod sibi placet est nobis gratissimum, et placet similiter nostro dominio. Ad partem autem obtinendi con-

firmationem privilegii, alias obtenti per virum nobilem ser Marcum Dandulo, cum condam serenissimo domino rege Hostoia, volumus quod cum illis verbis et rationibus indutivis et pertinentibus, quae vobis videbuntur utiles, procurare debeatis obtinere confirmationem dicti privilegii, et in quantum dictam confirmationem obtinere nequiretis, debeatis procurare habere et obtinere, in bona et sufficienti forma, patentes litteras suas, per duas manus, pro quibuscunque nostris mercatoribus, accedentibus et conversantibus in regnum suum, quod possint cum personis et bonis suis, secure se conferre, et de mercationibus suis disponere et facere iuxta voluntates suas, cum illis immunitatibus et libertatibus, quas poteritis; dimittendo unam manum dictarum litterarum in Dalmatia, in illo loco qui vobis videbitur, et alteram manum portetis vobiscum Venetias ad praesentiam nostram. Ad factum autem comitis Johannis de Citina, dicere debeatis, quod dominatio nostra bene intellexit responsionem et bonam dispositionem suae serenitatis, et quia dicit id fieri non posse, nisi ad tempus novum, dicere debeatis, quod veniente dicto tempore, poterunt fieri per partes de provisionibus opportunis. Et quod sua serenitas inveniet semper dominationem nostram paratam, ad faciendum de rebus covenientibus et honestis; et postea, ac-

cepto amicabili commeatu a sua serenitate, debeatis redire ad praesentiam nostram, informatus ad plenum de novis et aliis omnibus, digne refferrendis, et de quibus poteritis persentire.

Ad factum autem responsionis vobis datae per vaivodam Sandali, (слѣдує сасвимъ као што є напредъ у овомъ акту).

In casu vero, quo dictus noster comes Sibenici non posset concludere cum predicto comite Johanne de Citina, ut profertur, scribatur ser Johanni Georgio, ambaxiatori nostro ad serenissimum dominum regem Bossinae, in hac forma, videlicet:

Cum nostris consiliis rogatorum et addicionis fidelitati vestrae mandamus, quatenus receptis praesentibus . . . . .

(Све слѣдує исто тако као и у предходећемъ, до главе друге, коя овако гласи:)

Ad factum autem comitis Johannis de Citina dicere debeatis, quod dominatio nostra bene intellexit intentionem et bonam dispositionem suae serenitatis, et propterea hortatur excellentiam suam, quatenus placeat condescendere nostrae requisitioni, procurando obtinere nostram intentionem praedictam, iuxta continentiam vestrae comissionis; et si pur nollet contentari, quod haberemus castrum Dalmissae, debeatis videre de concludendo, dimittendo sibi Dalmissam, et habendo nostrum dominium castrum

Clissae libere cum aliis territoriis et juribus, pertinentibus nostro dominio, iuxta formam vestrae comissionis. Et hoc facto debeatis cum plena informatione eius, quod facere voluerit, et quo tempore facturus erit, id quod policebitur, et cum quibus gentibus, accepto amicabili comeatu, redire ad praesentiam nostram. In quantum autem non contentaretur, volumus etiam quod sumpta licentia debeatis redire Venetias ad praesentiam nostram, de novis et aliis omnibus digne referendis, et de quibus poteritis persentire, informatus ad plenum.

Ad factum autem responsionis vobis datae per vaivodam Sandali, in quantum videatis . . . etc.

(Слѣдује сасвимъ као и напредъ у првомъ писму.)

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 76.

CCCXLVIII. 1422. 4. Octobris.

Наставленѣ за капетане галія Млетачки, Марка Бембо и Марка Барбо, како да поитаю у помоћь граду Скадру. (Скраћено.)

Quod fiat comissio nobilibus viris Marco Bembo et Marco Barbo provisoribus et supracomitis nostris Culphi, in hac forma:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus vobis . . quod ire debeatis, nostri provisores et supracomiti istarum duarum galearum, quas arma-

ri fecimus, pro succurrendo civitati nostrae Scutari et aliis nostris terris Albaniae. Et volumus et vobis mandamus, quod cum aplicueritis Polam . . . procuretis vos fulcire hominibus deficientibus, non perdendo tempus ullo modo . . . et ire debeatis Jadram, et ibi debeatis vos informare, si armari fecerunt barchas, quas mandavimus . . . mittere Curzolam . et praesentare debeatis litteras, quas eis replicari fecimus pro armamento barcharum praedictarum, et alias quas rectoribus nostris Sibenici, Traguriі, Spalati, Pagi, Chersi et Cluseri mittimus ista de causa . . . et hortari rectores, ut hortentur fideles nostros de inde, ad conducendum Scutarum caseum vinum et alia victualia . . et ire debeatis ad Curzolam, et mandetis capitibus barcharum, quas ibi reperietis, quod se reducant ad Boianam; — et subito cum illis et brigandino de Cherso, venire versus Scutarum ad Boianam, hortando illos . . . quod mittant de vino, caseo et aliis victualibus ad dictum locum, quia ibi cum utilitate sua illa vendent; — et ire debeatis Catarum, et deposito rectore . . . subito inde recedere et mandare ser Petro Polani, ut cum galea sibi comissa, et omnibus barchis et ganzarolis, que ibi reperiuntur, vos sequi debeat . . . et non perdendo tempus, . . quanto celerius esse potest, procuretis inve-

nire capitaneum nostrum Culphi . . . et eidem praesentare litteras nostras, . . dein totis sensibus et spiritu sollicitetis executioni mandare contenta in dictis litteris etc. . .

Secr. Cons. Rogat Lib. VIII. ch. 78.

CCCXLIX. 1422. 4 Octobris.

Заповесть капетану Кулфа и капетанима Млетачки галія, Марку Бембо и Марку Барбо, како да притеку у помоћь граду Скадру. (Скраћено.)

Capitaneo Culphi et ser Marco Bembo et Marco Barbo etc.

Desiderantes pro honore et fama nostri dominii, subvenire loco nostro Scutari, ne cum tanta infamia nostri dominii amittatur, deliberavimus armare duas galeas . . . . et insuper mittere barchas octo armatas in Jadra, barchas septem armatas in Sibenicho, quinque in Tragurio, tres in Spalato, duas in Pago, cum hominibus quatvor a remo et ballistariis duobus pro qualibet, et brigantinum unum armatum in Cherso et Ausero; et cum his omnibus . . . omni mora postposita . . . intrare debeatis flumen Boianae et ire ad Sanctum Serzium, et vobiscum conducere frumentum, ordeum et alia . . . ponenda in Scutaro . . . . . et ultra hoc procuretis, ut dicto loco succuratur vino et aliis rebus necessariis . . . . et ut defectu victu-

alium dictus locus non amittatur, misimus vobis ducatos duo mille, pro quibus emere faciatis frumentum . . . . in Alexio . . . in Durachio seu alibi . . . . . et sollicitetis illa sive per aquam seu per terram illa mittere Scutarum, nam reddimur certi, quod considerata animositate et virilitate vestra, considerato quod tempore isto aquae tumefiunt et quod gentes inimicae non poterunt campizare, hanc nostram intentionem mittetis executioni. Nam nil gratius nec acceptius nostro dominio facere possetis, quam dicto loco nostro Scutari subvenire, pro honore et fama nostri dominii.

Et quia informati sumus, quod locus Sancti Serzii, videlicet ecclesia quae est apud rippam fluminis, reduci posset in fortitudinem, relinquimus in libertate vestra fortificandi dictum locum . . . pro bono et securitate loci nostri Scutari . . . .

Et quia dispositio nostra est conservandi locum Scutari, volumus quod si poteritis reducere ad obedientiam nostram illos de comitatu Scutari, et alios habitantes in Xaboiana et aliis locis et partibus de inde, eos reducatis, promittendo eis, quod nostra dominatio eos habebit et tenebit in bonos et fideles servitores . . . . . et si nollent reverti ad obedientiam nostram, debeatis illos qua inimicos tractare et guerrizare, tam per aquam quam per terram per omnem

modum possibilem . . . . . Volumus etiam quod transactis duobus diebus ad Sanctum Serzium, nobis scribatis per propriam barcham . . . . . et postea de tempore in tempus, de terminis in quibus estis et quid feceritis etc. . . . . .

Mittimus vobis pedites 50 cum his galeis, et alios 50 cum navigiis . . . . . etc.

Secr. cons. rog Lib. VIII. ch. 78.

CCCL. 1422. 21 Decembris, in Visoki.

Привилегія за Млетачке трговце, дарована одъ Босанскогъ краля Стефана Тврткa II-гъ.

Copia literarum obtentarum per dominum Johannem Georgio, ambaxatorem ad serenissimum dominum Thuerticum regem Bossine, pro comodo Venetorum subditorum et fidelium Venetiarum, extractarum de schiavo in latinum.

Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassiae Bossine partiumque maritimarum rex etc. Cum zosia chel spectabel et egregio homo, misser Zan Zorzi ambassiador del illustrissimo et excellentissimo signor misser Thoma Mocenigo, per quella medema gratia inclito doxe de Veniexia, e del comun de Veniexia, de comandamento del prefato misser lo doxe, e del comun de Veniexia, sia vegnudo a la presentia nostra, ad allegrarse de la

nostra sacra coronation, et exaltation del nostro stato, e a tractar e a praticar molte altre cosse cum nuj, le qual lui havea habudo in comandamento dal prefato serenissimo misser lo doxe e dal comun de Veniexia. E perche entro le altre cosse, cum maxima instantia efficacia e solicitudine habia domanda, chel ne plasesse uno privilegio altra fiada obtegnudo per lo ambassiador de misser lo doxe e del comun de Veniexia, da la bona memoria del serenissimo et excelentissimo re Hostoya, precessor nostro, reformar, per la qual cossa examinada la forma e la continentia del dito privilegio, e cum i nostri sora de zo habudo consejo, vojando in quelle cosse che a nui parra zuste et honeste, far e conceder azo che l amor, la dilizion e la bona amicicia, la qual havea la bona memoria del serenissimo et excelentissimo re Thuertico padre e precessor nostro, verso el prefato serenissimo misser lo doxe e comun de Veniexia, etiamdio entro tutti el prefato misser lo doxe et comun de Veniexia crescha, volemo e comandemo cum li nostri heredi e successori, per el tenor de presente nostre lettere, al predicto spectabele et egregio homo misser Zan Zorzi, ambassiador del prefato serenissimo et excelentissimo signor misser Thoma Mocenigo, per la dio gratia inclito doxe de Veniexia e del comun de Veniexia, per nome del dicto misser lo doxe e

del comun de Veniexia in questo modo, zoe, che tutti i Veniciani subditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, liberamente e seguramente senza algun impazo e molestia, como se sia cum le persone famei cavalli mercadantie some capse valixe panni arme pecunie, e cum altri chadauni beni e cosse soe, si per terra como per aqua si dolce como salsa, al nostro regno e corona sottoposta, possa vegnir star e tornar e marchantizar, e far marchandizar, in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, e cum so barche galie armade, e cum chadauna generation de navili, como a lor e a chadaun de lor parera e plasera; quelli vignando e partando amicevolmente in lo nostro regno e in chadauna parte de quello. Possa etiamdio i predicti Veniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e de comun de Veniexia, e chadaun de lor, de le predicte so marchadantie e beni far e disponer in lo dicto nostro regno e in chadauna parte de quello, segondo lor voluntate e como a lor e a chadaun de lor parera e plasera. E che per nessun modo o ver forma, per nui over per algun altro, in lo dicto nostro regno over in alguna parte de quelo, de le predite so marcadantie e beni possa esser sforzadi ni molestadi, mo sia lassadi como e dito in so libertade, cum tute suo marcadantie e beni. Possa etiamdio i prediti Veniciani subditi e

fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, e chadaun de lor, del nostro regno e de chadauna parte de quello, liberamente e seguramente senza algun impazo e molestia, como se sia, trar e far trar marcadantie oro arzento danari e chadaune altre cosse e beni, chi voira e alor plasera, pagando i prediti Veniciani subditi, e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, e chadaun de lor, vegnando in lo nostro regno, e in chadauna parte de quello, e de quello, o ver de alguna parte de quello, partandose si per terra como per aqua, cum le so marcadantie, le tergovine, le qual al presente se paga per chadaun, e chadaun mercadante, che vegnisse in lo nostro regno, e de quello se partisse, e de chadana parte de quel lo, si per terra como per agua, cum le so marcadantie. Item promettemo e concedemo al predito misser Zan Zorzi ambassador del prefato serenissimo misser lo doxe, che nui comanderemo a tutti nostri conti rectori castellani zuppani zudexi, e chadauni tutti nostri officiali, che i siano favorevoli a proveder, che i prediti Viniciani soditi e fedeli di quel misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnando stando cum tutte soe, como e dito, mercadantie e beni tuti, in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, alla qual i declinara, e de quello partandose, hab habiano case et habitation per i suo danari, per pre-

xio conveniente como e zusto; e che in lo dito nostro regno e in chadauna parte de quello, da i prediti favorevolmente e benignamente tractadi e guardadi: e in caxo che i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Vinexia, volesse comprar in lo dito nostro regno, o vero in alguna parte de quello, casa over case, over fabricar o far fabricar casa over case, de piera o de legname, semo contenti e volemo, che questo possano far e comprar, le qual veramente case, si de legname como de piera, la qual o le qual i havesseno comprade over fabricade o fate fabricar, sia soe libere et expedite senza alguna contradicion, e di suoi heredi e succesori. Item promettemo al soraditto misser Zan Zorzi, ambassiator del prefato misser lo doxe e del comun de Venixia, che nui provedremo e si fattamente comandremo, a tutti nostri baroni conti rectori castellani zuppani ziudexi et a tuti altri officiali a la sacra nostra corona e comandamento sotoposti, chi prediti Veniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnando stando e partando, como e dito cum tute suo mercadantie e beni, in lo nostro regno et in chadauna parte de quello, serano guardadi per modo, che seguramente vegnir star partir i porranno, segondo lor voluntade, cum tute suo mercadantie e beni. E in caso che a lor over ad algun

de lor, algune cosse over cossa fosseno derobade in lo nostro regno, over in alguna parte de quello, over in parte e luogo di nostri baroni, et al nostro comandamento e corona sotoposti, promettemo quanto a nui sera possibile, che nui se adovreremo e forzaremo de far quelli rimedi e provision, che a nui parera boni e neccessarij e de besogno, per satisfation de la predite mercadantie, le qual fosse tolte e derobade a i prediti Viniciani subditi e fedeli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, o ver ad algun de quelli. Item promettemo e semo contenti, chi prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnando stando in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, possano expender la moneda del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, como i Ragusei al presente spendeno la soa, e le altre generazion, che vien in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, la moneda di so signori. Onde vojando in tuto e per tuto quelle cosse, che de sora e de soto se contien, le qual havemo praticado e concluso con el predito spectabele et egregio homo, misser Zan Zorzi ambaxiator del prefato misser lo doxe, e del comun de Veniexia, observar e far integralmente observar, azo che l'amor la dilicion e la bona amistade, habbia el crescer e a moltiplicar intro nui e l' prefato misser lo doxe

e l comun de Veniexia. E per mazor execution de le cosse contegnude in queste nostre presente letere, volemo e comandemo efficacemente a tuti nostri baroni conti e castellani, officiali rectori e zuppani, zudexi de le terre castelli e luogi nostri, e ai altri tuti soditi e fideli nostri, a la nostra sacra segnoria obedientia e comandamento sotoposti, per chadaun modo, che tute le cosse contegnude e chadauna de quelle, in le presente nostre lettere, perche le sono de nostra mente e intencion, e quelle cosse le qual nui havemo complasesto, promesso, e concedemo, cum i nostri heredi e successori al predito misser Zan Zorzi ambaxiator del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, per nome del dito misser lo doxe i del comun de Veniexia, debiano far et observar, e far far et observar integralmente, vojando etiamdio e comandando a tuti nostri castellani et ai altri, per nui deputadi a la guarda de le terre castelli, e luogi nostri, como a nui cum grande instantia e solicitudine domanda e requiri el predito ambaxiator, che dio guarda, che in caso che i prediti Viniciani subditi et fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, vegnisse e stasse in lo nostro regno e in chadauna parte de quello, como e dito cum suo famei e chadaune so mercadantie e beni, over de quello se partisse, e disturbio alguno over novitade fosse in lo nostro reg-

no, over in alguna parte de quello, per la qual i prediti Viniciani subditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Vinexia, e cadaun de lor parera e plasera intrar per segurtade soa, e de le suo marcadantie havesse a dubitar e dubitasse, volemo al tuto e in questo caso, quanto la gratia nostra have cara, che i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Viniexia, e chadaun de lor cum so famei marcadantie e beni suo, chadauni como se sia acceptar e ricever de bien in chadauni castelli o ver castello e luogo nostro appresso, i qual over el qual i declinasseno: se a lor o a chadaun de lor parera e plasera intrar per segurtade soa e de le so mercadantie, e de quelli castelli over castello lassando partir cum tute so marcadantie e beni a chadauna so voluntade. E quelli e chadaun de quelli tractando e farando tractar humanamente favorevolmente et benignamente in le nostre terre castelli e luogi, in li qual lor intrasseno. Item volemo e comandemo a tuti soradicti nostri officiali, chi debbiano dar a i prediti Viniciani soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, scorta sufficiente per i suo danari, per so salvo transito, e de le suo marcadantie, como sara de mestier nel so vegnir e partir del regname nostro di Bosina. In fede veramente de le predite cosse, le presente lettere havemo comau-

dado de esser fatte, e de la bolla del nostro mazor sigillo pendente esser bollade.

Data soto el castel nostro de Visochi. MCCCCXXII, die XXI Decembris.

Comemoriale XI. ch. 87.

CCCLI. 1422. 21. Decembris, in Visoki.

Отворено писмо Іована Ђеорђіо. Млетачкогъ посланика кодъ Босанскогъ краля Стефана Тврткa II. съ коимъ обявлює привилегію даровану одъ овогъ краля Млетачкимъ трговцима.

Nos Johannes Georgio, ambaxiator illustrissimi et excellentissimi domini, domini Thome Mocenigo dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Universis et singulis has patentes literas inspecturis facimus manifestum: ut amor dilectio et bona amicitia crescere habeat et multiplicari, in futurum, inter serenissimum et excellentissimum dominum, dominum Stephanum Thuerticum, dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum regem etc. et prefatum serenissimum et excellentissimum dominum,dominum Thoma Mocenigo, eadem gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum. Quod hec sunt immunitates beneficia et comoda, que habuimus et obtinuimus a prefato serenissimo domino rege, nomine prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum, pro comodo suorum Venetorum fidelium et subdi-

torum, volentium accedere et mercari ac mercari facere in Bossina, regno dicti serenissimi domini regis. Quas literas fieri fecimus per duas manus, prout inferius continetur. Unam videlicet in idiomate schiavo, scripta manu viri sapientis Restoe, cancellarii prefati serenissimi domini regis, et alteram scriptam manu Johannis de Bonisio, notarii nostri literali sermone, uniusmet tenoris et substantie. Quas etiam literas pro majori evidentia, bulla sancti Marci bullari fecimus.

Datum sub castro Visochi, millesimo, et die in literis precedentibus annotatis. Tenor autem literarum predictarum est, ut superius continetur, videlicet: Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum rex etc.

Commemoriale XI. ch. 87.

CCCLII. 1422. 23. Decembris.

Наставленѣ за капетана Кулфа, како да притече у помоћь граду Скадру. (Скраћено.)

Quod scribatur capitaneo Culphi et provisoribus:

Per galeas Romaniae recepimus litteras vestras de die 1-mo praesentis, per quas nostro dominio significastis provisiones per vos factas, in volendo succurrere civitati nostrae Scutari, et concluditis vobis omnibus apparere, non posse per aquam dictae civitati

succurrere etc. . . . . et mandamus vobis, quod una experientia non sufficit . . . sed non semel sed pluries debeatis eunte uno aut pluribus ex vobis personaliter, cum barchis et ganzarolis, omnes possibiles experientias facere, de succurendo civitati praedictae, . . . quia illud quod semel fieri non potest, sepe sollicitando et reiterando . . . . . executioni mittitur . . .

Et quia informati sumus, quod existente in flumine Boiana . . . ser Francisco Bembo milite, ut aquae a Sancto Sergio versus Scutarum tumefierent et minorem cursum haberent, submergi fecit quoddam navigium, inter insulam existentem apud Sanctum Sergium et terram firmam, propter quod aquae multum creverunt, et propterea . . . . relinquimus in libertate vestra, providendi per dictum modum vel per alium . . . . ut possitis cum barchis dictae civitati succurrere . . . . . Et si videretur vobis de soldando gentes de inde . . . potestis eis promissiones facere de proniis et aliis territoriis nostris de inde, ... et si possetis aliquos invenire, qui vellent conducere frumentum in Scutarum, debeatis illis promissiones facere, quas videbitis esse necessarias . . . . . Et mittimus vobis biscotti bonam quantitatem, et ducatos mille . . . . . pro soldando gentes . . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 84.

CCCLIII. 1422 23. Decembris.

Налогъ проведитору Которскомъ, да гледи свакояко задобити за Млетке ђурђа Јураша. (Скраћено.)

Quod scribatur nobili viro ser Marco Barbadico, provisori nostro Catari, in ista forma:

Per litteras vestras noviter receptas, quas ad diem vigesimum sextum Novembris nuper praeteriti destinastis ad nostrum dominium, manemus sufficienter informati, super executione per vos facta, de missione nuncii vestri ad dominum despotum, quia vester nuntius, usque ad datum dictarum litterarum non erat reversus; et de receptione litterarum, quas habuistis a Georgio Juras, per quarum continentiam in conclusione petit, ut sibi salvum conductum destinetis, quia ad vos mittet unum ex suis etc. . . . . Et vobis . . . . mandamus, quod circa praticam quam tenetis cum dicto Georgio Juras, pro reducendo eundem cum nostro dominio, . . . debeatis omnia experiri, de perducendo illum ad conclusionem votivam, cum modis vobis comissis . . . . quando autem non possetis concludere, ... quia peteret aliud . . . . . damus vobis libertatem . . . . . quod perveniente Antivari et Genta de supra ad manus nostri dominii, — possitis sibi promittere ea . . . . Si vero nullo modo possetis cum dicto Georgio concludere, debeatis

eo casu adversus emulos nostri dominii viriliter guerrizare, et omnia possibilia damna eis inferre . . . . volentes ulterius, quod quam primum nuntius vester redierit a d o m i n o d e s p o t o, debeatis de his quae habueritis per reversionem dicti nuncii, informare nostrum dominium per litteras vestras distincte et ad plenum.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII ch. 84.

CCCLIV. 1422. 23. D e c e m b r i s.

Писмо капетану и проведитору Скадарскимъ, у комъ имъ се явля, да ће помоћь за њи, а опомиње се, да и они чине што е годъ могуће, за одржанѣ Скадра. (Скраћено.)

Quod scribatur comiti et capitaneo S c u t a r i et ser J a c o b o D a n d u l o, provisori ibidem.

Recepimus his diebus litteras vestras ... et respondentes sub brevitate . . denotamus vobis, nos misisse capitaneos, provisores et supracomitos nostros, cum galeis et gentibus i n B o i a n a m, ut guerizent et damnificent viriliter inimicos nostros . . . et provideant, quod victualia deferrenda in S c u t a r u m, . . . intro ipsum locum conducantur et ponantur . . . . . Et ulterius mittimus de aliis victualibus . . . . . et continuabimus ad providendum ad omnia necessaria . . . . . debeatis providere etiam vos a parte vestra,

de faciendo cum pecunia, et aliter prout vobis videbitur, illuc conduci per vias terrae de victualibus, per omnem modum possibilem; nam in talibus casibus conducuntur per homines super humeris et aliter qualitercunque. Mittemus insuper de brevi ad sufficientiam de nostris gentibus armigeris, tam equestribus, quam pedestribus, quod debeatis tenere secretum apud vos, et faciemus illas utiles et praestas provisiones, quae nobis videbuntur, pro conservatione locorum nostrorum de inde, ad honorem et statum nostri dominii.

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 84

CCCLV. 1422. 2. Januarii.

Заключенѣ послати у Скадаръ войску, коњанике и пешаке, и узети у службу војсковођу Николу Толентинскогъ. (Скраћено.)

Cum sit penitus necessarium providere de succurrendo civitati nostrae Scutari, ob strictos terminos in quibus consistit, tam pro conservando illam ad honorem et statum nostri dominii, quam etiam pro aliis considerationibus, merito superinde habendis, vadit pars: . . . . detur libertas collegio, destinandi ad partes Scutari usque quadringentos equites utiles, et illum quam minorem numerum ragatiorum poterit. Nam armigeri nolunt accedere, sine aliquibus ragaciis; dando sibi pagam quatvor mensium, ad rationem duca-

torum quinque pro quolibet equo utili in mense, et ducatos quatvor pro quolibet equo ragatii in mense . . . . . detur insuper libertas collegio, destinandi a ducentis in tercentos pedites . . . ad ipsas partes Scutari, sub illis comestabilibus et cum illo stipendio, modis et pactis, prout collegio apparebit . . . . . Collegium habeat libertatem . . . conducendi aut de novo strenuum virum Nicolaum de Tolentino, aut de aliis . . . , ordinetur insuper, quod debeant armari quatvor brigantini, qui destinentur ad locum nostrum Scutari, iuxta requisitionem nostrorum comitis ac capitanei et provisoris Scutari.

Secr. cons. rog. Lib VIII. ch. 85

CCCLVI. 1422. 7 Januarii.

Закључено, због побѣде одржане надъ војскомъ деспотовомъ, нешпляти војнике у Скадаръ. (Скраћено).

Cum pridie captum fuerit in isto consilio, de mittendo ad partes Scutari equites quadringentos utiles, et illam quam minorem quantitatem ragatiorum fieri posset; et sicut habetur, per gratiam dei subventio data est civitati nostrae Scutari, ex quo non est necessarium facere tantam expensam; vadit pars: mitti debeant nonisi equites trecenti utiles . . . . . cum quibus mitti debeant solum pedites centum, quia istae erunt suffici-

entes ad faciendum honorem nostri dominii, et celerius et cum minori expensa haec negotia mittentur executioni.

Alii volunt sic:

Quia sicut est notum, principalior causa, propter quam deliberatum est, mittere gentes armigeras et facere alias provisiones ad partes Albaniae cum tanta celeritate, fuit pro succurrendo civitati nostrae Scutari, quae tenebatur obsessa per gentes despoti Raxiae, et maximo periculo subiacebat; sed per nova, quae modo habentur, et propter victoriam habitam per gentes nostras, exercitus despoti sit positus in fugam, et levatus ab obsidione Scutari, et illi civitati nostrae data sit subventio victualium et aliarum rerum, per modum, quod non est ita dubitandum de illo loco, sicut primo dubitabatur; et per consequens non est opus tanta celeritate ad istas provisiones, sicut erat primo, et sit res laudabilis providere secundum conditiones et mutationes rerum et temporum: vadit pars: quod nunc supersedeatur et differatur ad mittendum gentes armigeras ad illas partes, donec per istud consilium aliter fuerit terminatum, quia infra paucos dies habebuntur nova de successibus et conditionibus rerum illarum, et forte habebuntur modi et proponentur provisiones utiles et commodae, pro honore nostri domi-

nii et conservatione partium illarum, absque tanta expensa et interesse nostri dominii...

Et ut non amittatur tempus ad dandum principium provisionibus utilibus ad hoc factum, expediatur quanto prestius nobilis vir ser Andreas Marcello, qui vadat ad Juannum Castrioti, sicut captum est in isto consilio, cui etiam comittatur, debeat procurare per omnes vias... de reducendo alios dominos et nobiles illius contractae, ad nostram obedientiam, cum provisionibus et promissionibus... et insuper mittantur pedites centum Scutarum, pro reformatione gentium, quae diu ibi steterunt ..... et mittantur... staria tria millia miley quanto prestius, ... et ducatorum ·III· millia, de quibus debeant facere subventionem stipendiariis nostris, et fulcire victualibus et rebus oportunis illam civitatem.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 86.

CCCLVII. 1422. 28. Januarii.

Заключено, на молбу кнеза и капетана Скадарскогъ послати у Скадаръ војску. (Скраћено.)

Cum secundum informationem comitis et capitanei ac provisoris Scutari, et etiam ser Petri Polani, hortemur valde, pro conservatione terrae nostrae Scutari, ad mittendum illuc quendam numerum equitum. .... Vadit pars: detur libertas collegio...

mittendi ad partes Scutari equites quingentos . . . . etc. . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 87.

CCCLVIII. 1422. 28. Januarii.

Налогъ капетану Кулфа, како да отвори путъ водомъ у Скадаръ. (Скраћено.)

Quod scribatur capitaneo et provisoribus nostris Culphi in hac forma, videlicet. Habemus informationem, quod destruendo pischerias, et amovendo molendina, existentia infra Scutarum, haberetur talis aditus, et efficeretur via ita lata et bona, et cum tali fundo, quod omni tempore possent ire Scutarum navigia, galee et barche, quod si fieret, esset perpetua conservatio dicti loci nostri Scutari, et propterea fidelitati vestrae . . . . mandamus, quatenus . . . . . debeatis superinde facere executionem in totum,.. et si pur nequiret fieri in totum, illam saltem debeatis fieri facere, quantum fuerit possibile etc. . . . .

Captum: armare quinque barchas mittendas Scutarum, iuxta svasionem ser Petri Polani etc. . . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 87.

CCCLIX. 1422. 28 Januarii.

Налогъ Петру Полани, да иде у Дубровникъ, и да опомене Дубровчане, да престану радити о штети Млетака по Албанији и по Далмацији, и коду Српск. деспота. (Скраћ.)

Cum ob ea quae procurant et tractant Ragusei. . . contra statum et loca nostri

dominii, ad damnum et incomodum nostrum et subditorum nostrorum, sit sapiens dare sibi viva voce notitiam . . . . ut habeant causam cessandi et retrahendi se a tali proposito; vadit pars: fiat comissio ser Petro Polani, supracomito nostro Culphi, in hac forma, videlicet:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi . . quod . . . debeas te referre Ragusium, et praesentatis nostris litteris credulitatis . . . . illi regimini Ragusii . . . . expones et dices parte nostri dominii, quod habuimus iam diu informationes, ipsos Raguseos procurasse et tractasse et tractare . . . . in partibus Dalmatiae et Albaniae, contra statum nostrum et loca nostri dominii, et fecisse descendere dominum despotum et gentes suas, ad damna nostra; quod dudum nequivimus nec voluimus credere . . . . . sed modo sumus plenarie et optime informati,... dictas informationes . . . . . esse veras; quod nobis displicuit et displicet vehementer . . . . . maxime considerato, quod suos Raguseos in locis et terris nostris conversantes, fecimus et facimus prout sciunt favorabiliter tractari et amicabiliter expediri. Et propterea eos requirimus, quatenus velint cessare et se removere a tali proposito, ne habeamus causam gravandi nos de eis. — Audita autem et habita responsione sua, debeas accepto com-

meatu ab eis, inde recedere et dirigere viam tuam versus Boianam, ad inveniendum capitaneum et provisores nostros Culphi, mittendo nobis distincte et ordinate responsionem ..... quam habueris ab ipsis Ragusanis .....

Secr. cons. rogator. Lib. VIII. ch. 87.

CCCLX. 1422. 28. Januarii.

Наставленѣ за Андрію Марцело, кои иде Іовану Кастріоту, да овогъ придобіе за Млетке, а да буде противникъ деспота Србскогъ. (Скраћено.)

Cum dominus Juannus Castrioti, unus ex dominis Albaniae, qui confinat cum castro nostro Alexii, et est propingvus comitatui nostro Scutari, nuper per suas litteras scripserit nostro dominio, quas praesentavit nuntius suus, quod dictus dominus Juanus senserat, quod nostra dominatio ei invidebat, quia se reperiebat cum domino despoto, et quia miserat filium suum ad dominum despotum, et hoc non fecerat nisi pro bono loci nostri Alexii, prout in litteris eius, lectis isti consilio continetur, etc. ... et subiunxit oretenus dictus nuntius, ultra continentiam dictae litterae, quod Juanus est paratus sucurrere loco nostro Scutari, qui potius vellet nostrum dominium in dictis partibus dominari, quam dominus despotus, sed vellet habere a nostro dominio

illum honorem, quem habuit comes Nicheta; et consideratis conditionibus in quibus se reperit civitas nostra Scutari, necessarium sit, ... mittere ad Juanum unam personam fidam, et per modum secretum, et more mercatorio, ut requirit, ex nunc sit captum: quod collegium habeat libertatem mittendi ad Juannum unam personam fidam et secretam . . . . cum comissione infrascripta:

Nos Thomas Mocenigo dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Andreae Marcello . . . ire debeas noster ambassiator ad praesentiam domini Juanni Castrioti, et ut ad eum ire possis secrete, volumus quod vadas ad locum nostrum Alesii, et quum ibi fueris, fingens ivisse tamquam mercator, debeas providere, de dando notitiam . . . domino Juano, de adventu tuo . . . . et si Juanus erit contentus quod vadas ad praesentiam suam, palam vel occulte, ire debeas . . . . et debeas ei dicere quod scripsit nostro dominio . . . . . vigesimo quarto Novembris . . . quod eidem invidemus etc. . . . . quod erga suam magnificentiam nullam invidiam habemus, sed eum amamus . . . . et habemus in carum amicum . . . . . et tenemus firmiter, quod illud quod fecit, mittendo filium ad dominum despotum, fecit ad bonum finem et cum bona intentione . . . . et quod scribit, se velle subvenire nostrae civitati

Scutari . . . . . debeas dicere, quod sicut ei notum est, subventio data est civitati nostrae Scutari, et videmus non esse necessarium pro nunc, ut succurrat dictae civitati, sed acceptamus dictam suam oblationem, quia sumus certissimi, quod si occurret casus, semper inveniremus eum optime paratum et dispositum, ad succurrendum dictae civitati, et faciendum illud quod dicit.

Et quia habuimus informationem, exercitum despoti se levasse, si in applicatione tua sentires, exercitum despoti iterato rediise ad obsidionem Scutari, et gentes dicti domini Juani in campo dicti despoti esse, debeas dicto domino Juano dicere, quod ut videamus hanc suam bonam intentionem, eundem dominum Juanum rogamus, quod velit revocare gentes suas, quae sunt in campo despoti, et aliorum dominorum de inde, si possibile erit; ostendendo dicto domino Juano pericula, ad quae subiacet, et etiam alii domini circumstantes, si dictus dominus despotus dominaretur in partibus illis; et circa hoc debes facere omnem possibilem experientiam . . . . . et si hoc obtinere poteris bene quidem, quando autem non, et videres . . . . quod necessarium foret eidem Juano aliquam promissionem facere . . . ut revocet gentes suas, ... potes promittere singulo anno de provisione, dicto domino Juano, ducatos centum et duas vestes. —

Si invenires gentes suas non esse cum gentibus d o m i n i d e s p o t i, nec eum esse dispositum, mittere in subsidium suum . . . poteris ei tamen promittere ducatos centum et duas vestes de provisione in anno, promittente eo esse fidelis nostro dominio, et cum gentibus suis, si necessarium foret, sucurrere civitati nostrae Scutari nunc et in futurum.

Si vero iam esset in concordio cum capitaneo et provisoribus nostris, non debes ei promissionem facere . . . . . sed observetur promissum per eos . . . . .

Si vero in accessu tuo invenires g e n t e s d o m i n i J u a n n i de novo esse cum gentibus d o m i n i d e s p o t i contra S c u t a r u m, et videres . . . . necessarium esse eidem majorem promissionem facere . . . . . potes promittere usque ducatos ducentos et vestes duas in anno . . . .

Quando venies in A l e x i o . . . . debeas persentire ab capitaneo, quid praticati sunt cum Juano, et si convenerunt cum eo, non intrabis in praticam, si vero non convenerunt, praticabis ut supra etc. . . .

Si vero J u a n u s nollet, ut ires ad praesentiam suam, ut haec facta magis secrete tractentur, et vellet ut esses cum aliquibus ex suis, — et hoc placet nobis ... et studeas obtinere prout tibi superius comittimus.—

Fecimus tibi dare pannos decem quarantinos, et unam petiam pani fistichini fini,

et (tot) brachia scarlati, ut possis ostendere, quod ad dictas partes vadas sicut mercator, ... et potes dictum scarlatum et mediam petiam panni fistichini, donare domino Juano . . . et quatvor petias quarantinorum donare aliis hominibus Juani, ... alias sex petias quarantinorum et mediam peciam fistichini, dare nostro capitaneo . . .

Fecimus tibi dare ducatos mille . . . ut emas frumentum A l e x i i, quod mittere debeas Scutarum etc. . . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 88.

CCCLXI. 1422. 28. J a n u a r i i.

Заповесть проведитору Улцињскомъ, тичућа се рата са Србскимъ деспотомъ. (Скраћено).

Scribatur provisori nostro D u l c i g n i ..

Quia certi reddimur, quod propter reductionem hominum illius contratae, ad obedientiam nostri dominii, non erunt necessarii stipendiarii octvaginta, ad custodiam civitatis nostrae D u l c i g n i . . . . . mandamus retineatis 25 et reliquos cassando . . . .

Super facto autem possessionum rebellium, qui recesserunt de D u l c i g n o et iverunt ad M a s a r a c u m, vobis denotamus, quod intentio nostra est, quod dictas posessiones sequestratas teneatis . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 89.

CCCLXII. 1422. 28. Januarii.

Налогъ проведитору Которскомъ, да прекине на ленъ начинъ погодбе са Ђурђемъ Юрашомъ. (Скраћено.)

Quod scribatur ser Marco Barbadico, provisori Catari, in ista forma:

Per litteras nostras datas die vigesimo quarto mensis Decembris elapsi, vobis cum nostris consiliis rogatorum et aditionis scripsimus et mandavimus, quatenus circa praticam, quam tenebatis cum Georgio Juras, pro reducendo eum ad obedientiam nostri dominii, procuraretis eam . . . . . omni industria perducere ad conclusionem . . . . . et possetis promittere eidem Georgio locum Antibari et Gentam superiorem etc. . . nunc vero revocantes praedictum mandatum, . . . retrahere vos debeatis a dicta pratica, quantum honestius facere poteritis.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 89.

CCCLXIII. 1423. 1. Februarii. Ind. II.

Обновљена привилегія великогъ војводе Босанскогъ Сандала, на Млетачко грађанство. (Скраћено.)

Privilegium magnifici et potentis domini Sandali, magni vayvode Bossine, de dignitate maioris consilii refectum.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis . . . . . presentem paginam inspec-

turis salutem et sincere dilectionis affectum. Expositum et supplicatum est nostro dominio, pro parte magnifici et potentis domini Sandalli, magni vayvode regni Bossine etc. quod cum alias tempore felicis recordationis illustris domini Michaelis Steno, Venetiarum etc. ducis, eidem magnifico domino Sandali concessum fuit privilegium de dignitate nostri maioris consilii, ad quam eundem magnificum dominum et suos legitimos filios, in numero ceterorum nobilium nostri maioris consilii constat solenniter aggregatum; et privilegium predictum casualiter sit amissum, dignaremur illud in ea forma, qua alias ipsi domino fuit elargitum, sibi facere punctaliter innovari. Nos autem suplicationem eiusdem domini parte porrectam, iustam esse cernentes, visis libris cancellarie nostre, in quibus forma dicti privilegii est notata, mandavimus ipsum privilegium de novo refici in subsequenti forma, prout eidem domino fuerat alias elargitum, et bulla nostra aurea communiri. in evidentiam premissorum, cuius quidem privilegii tenor per omnia talis est:

Michael Steno dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus etc. prout in presenti libro ad cartam centum sexaginta octo. — Refectum autem et innovatum, anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo

tertio, mensis Februarii die primo, indictione secunda.

Liber privileg. I-mus, charta 199.

CCCLXIV. 1423. 6. Februarii. Ind. I. in Sutiska.

Уговоръ између Босанскогъ краља Твртка Твртковића и Млетака, тичући се рата противъ Іоана кнеза Цетињскога.

Pacta et compositiones. celebrate et firmate cum illustri domino Stephano rege Rassie Bossine etc.

Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum rex etc. Perche horamai al spectabel et egregio homo. misser Zan Zorzi. ambasciator del serenissimo et excelentissimo signor misser Thoma Mocenigo, per la dio gratia inclito doxe de Veni exia, e del comun de Veniexia, el qual de so comandamento e stato alla presentia nostra. e per le pratiche insembre fatte e habude. averfamente per patente nostre letere, bollade e dade soto el castel nostro di Visocho MCCCCXXII di XXI Deciembri, havemo demostrado l amor la dilicion e la bona amicicia, la qual nuj havemo e intendemo de haver e de observar cum el prefato misser lo doxe el comun de Veniexia, la qual etiamdio amistade have la bona memoria del serenissimo re Thuertico, padre e preces-

s o r n o s t r o, cum el prefato misser lo doxe, e el comun de Veniexia, e perche intro le alter cosse che ne expoxe el predito misser Zan Zorzi, ambassiator, per parte del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, a nui cum grande instantia e solicitudine expoxe, che per contemplacion del dito serenissimo misser lo doxe e del comun de Veniexia, el ne plasexe si fattamente proveder et queli remedi far, i qual a nui paresse boni e necessarii, e per modo che l amor e la dilicion e la bona amicicia, la qual e intro le parte, de di in di habia a crescer e moltiplicur, et azo che i soditi e i fedeli nostri, e soditi e fideli del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, liberamente et seguramente adinsembre possano conversar, in le terre e in li luogi de entrambe le parte, cum tute suo mercadantie e beni; exponandone el dito ambassiador, chel c o n t e Z u h a n n e d e C i t i n e s e quelo, che impaza questo, e fa piar e drobar i soditi e fideli de entrambe le parte, per modo, che algun non olsa vegnir in lo nostro regno, ni del nostro regno andar a le terre e luogi del dito misser lo doxe, e del comun de Veniexia; e sforzandose el dito c o n t e Z u h a n n e, di infrinzer e romper l amor la dilicion e la bona amicicia, la qual e intro le parte, pregando el dito ambassiador la nostra majestade, chel ne plasesse azo, che i soditi e i fideli de le parte ad-

insembre possano conversar, in le terre e luogi de le parte, cum le so mercandantie e beni, como e dito, et azo che la bona amicicia, la qual have la bona memoria del serenissimo re Thuertico, padre e precessor nostro, cum el prefato misser lo doxe el comun de Veniexia, etiamdio per nui sia habuda e conservada, e in lo avegnir se acrescha, andar contra el conte Zuanne de Citines e i luogi suo, perche desponando la nostra regal majestade, far questo e andar contra el dito conte Zuhanne de Citines e in luogi suo, cum potente exercito, over mandar potente nostro exercito, el ne promete, per nome del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, chel dito misser lo doxe e l comun de Veniexia, dara e contribuira de le terre e luogi de Dalmatia, quella z e n t e, la qual sera zusta e raxonevole. E sel seguira la distruction del dito conte Zuhanne de Citines e la occupacion di so castelli e luogi, vol e domanda per nome del dito misser lo doxe e comun de Veniexia, che nui dagamo al prefato serenissimo misser lo doxe, e el comun de Veniexia, el castel d e C l i x a cum i suo confini e terreni, el castel de D a l m i s s a, e la montagna d e P o l i z a n i, cum i suo confini e terreni; e tuti altri terreni, i qual fosse occupa di per el dito conte Zuhane, e per quelli de Dalmissa, e per quelli d e P o l i z a, e per chadaun altri, i qual fosseno de la jurisdicion

de Spalato, e di altri luogi del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia, liberamente. Tuti altri veramente castelli terre e luogi, i qual se aquistasseno del dito conte Zuhane de Citines, fosse de la nostra regal majestade liberamente. Per la qual cossa, considerando quanto importa le cose, narrade e saviamente cum solicitudine et efficace raxon a nui exposte, per el dito misser Zan Zorzi ambassiator per nome del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, havemo voindo haver fra nui longo tempo bona advertentia e consideracion E considerando le cosse, che sono da considerar, revolzando in la mente nostra l amor la dilicion e l amicicia, la qual nui havemo al dito misser lo doxe e al comun de Veniexia, e in lo avegnir molto plu disposti de conservarla e de acrescerla, havemo deliberado e volemo de bon anemo e sincero cor, non guardando ad alguna cossa, la qual a nui per questo ne podesse vegnir in quelle cosse, le qual a nui para zuste et honeste, cum honor nostro poder far complaxer a quello misser lo doxe e al comun de Veniexia; e cosi per lo tenor de le presente nostre letere, semo convegnudi cum el predito misser Zan Zorzi, ambassiator per nome del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, union havemo fatto in questo modo, videlicet: Quod in dei nomine, nuy promettemo al predito spectabel homo misser Zan

Zorzi, ambassiador del prefato serenissimo et excelentissimo signor misser Thoma Mocenigo, per la dio gratia inclito doxe de Veniexia, per nome del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia, che da mo fin a pasqua de la resuretion del nostro signor Jesu Christo MCCCCXXIV, vigneremo cum potente nostro exercito, over mandremo potente nostro exercito, contra el conte Zuhane de Citines, e i luogi suo, comenzando del castel de Clixae, do mentre chel prefato misser lo doxe e l comun de Veniexia mandae la zente soa, como e dito, in quelo numero che sia zusto et honesto, como a nuy promete el dito ambassiator per nome del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia; e se disponeremo andar contra el conte Zuhane de Citines e i luogi suo, avanti el tempo de sora expresso, davemo notitia al prefato misser lo doxe e al comun de Veniexia, azo chel possa al tempo in lo qual nui ordineremo e disponeremo far questo, mandar la so zente a i luogi per le parte ordenadi; et evignando la destrucion e la occupacion di castelli terre e luogi del dito conte Zuhane de Citines, semo contenti e volemo, chel prefato misser lo doxe e l comun de Veniexia liberamente habia, senza alguna contradicion et obstaculo, el castel de Clixa cum tuti suo terreni e confini, e tuti altri terreni, i qual fosseno stadi occupadi per el

dito conte Zuanè de Citines, e per quelli de Dalmissa, e per i Polizani, per chadauni altri, i qual fosseno de la jurisdicion de Spalato over de algun altro luogo del dito misser lo doxe e del comun de Veniexia. Tuti i altri, veramente castelli Dalmissa, Zazunna, Sfin, Travinich, e la Montagna di Polizani, i quali sono del dito conte Zuhane de Citines, e tuti i altri suo casteli e luogi, i qual se aquistasseno per le zente de l intrade la parte, sia e liberamente remagna, senza alguna contradicion et obstaculo, a la nostra regal majestade; e cosi ne promete et ha promesso el predicto misser Zuan Zorzi, ambasciator del prefato misser lo doxe e del comun de Veniexia, per nome del dito messer lo doxe e del comun de Veniexia, chel prefato misser lo doxe et comun de Veniexia fara et observera integralmente tute le cosse, che se contien de sora. E per mazor execution de le predite cosse, zurassemo entrambe le parte ad sancta dei Evangelia, come se contien de sora observar e far observar integralmente.

In fede de le qual cosse comandassemo le presente letere esser fatte, e de la bolla del nostro major sigillo esser bollade. Data in lo nostro borgo de Sotischa, MCCCCXXIII die VI mensis Februarii, inditione prima.

Commemoriale XI. ch. 88.

CCCLXV. 1423. 6. Februarii.

Отворено писмо Млетачкогъ посланика Іована Ђеорђіа, съ конмъ обявлює уговоръ заключенъ са Босанскимъ кралѣмъ Тврткомъ Тврковићемъ.

Nos Johannes Georgio ambasciator serenissimi et excellentissimi domini, domini Thome Mocenigo dei gratia incliti ducis Venetiarum ect. et comunis Venetiarum; cupientes, quod amor dilectio et bona amicitia ac unio, que est inter serenissimum et excelentissimum dominum, dominum Sthephanum Thuerticum dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum regem etc. et prefatum serenissimum et excelentissimum dominum, dominum Thomam Mocenigo dei gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum, crescat et multiplicet, harum presentium tenore facimus manifestum, quod ad suprascriptas conventiones et unionem devenimus cum dicto serenissimo domino rege, nomine et vice dicti serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum. Quas quidem fieri fecimus per duas manus uniusmet sostantie et effectus, unam videlicet in ydiomate schiavo per manum viri sapientis Restoe Milochna cancellarij dicti serenissimi domini regis, alteram literali sermone per Johannem de Bonisio notarium nostrum, bullatum bulla Sancti Marci·

Datum millesimo, die, et indictione suprascriptis. Tenor autem conventionis et unionis est ut superius continetur. Nos Stephanus Thuerticus dei gratia Rassie Bossine partiumque maritimarum rex etc.

Commemoriale XI. ch. 88.

CCCLXVI. 1423. 13. Februarii, Indict. II.

Привилегія на Млетачко грађанство браће и синоваца Сандалови. (Скраћено).

Privilegium magnificorum dominorum, comitis Vocaç et comitis Volchi, fratrum et fratrum suprascripti domini Sandali, ac comitis Stephani, filii dicti comitis Vocaç et nepotis eiusdem domini Sandali, de domo Cosaçe, ad honorem maioris consilii.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus et tam . . . . affectum. Ducalis excellentia in liberalitatis operibus solita celeberime conversari, tanto amplius personas magnificas et dignitatis honore conspicuas, prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro devotiores fide et operibus se

ostendunt. Unde cum magnifici et potentes domini comes Vocaç et comes Volchus fratres, et filii quondam magnifici et potentis domini Chragne, olim magni comitis regni Bossine, fratresque magnifici et potentis domini Sandali, magni vayvode regni Bossine, ac magnificus comes Stephanus, eiusdem magnifici comitis Vocaç filius et prelibati magnifici domini Sandali nepos, omnes de progenie et domo Cosaçe, semper fuerint et sint dilectissimi et perfectissimi amici nostri dominii, sicut ostenderunt et ostendere dispositi sunt, laudabilium et notabilium operum per effectus. Notum fieri volumus unicuique, quod omni juris, consiliorum... solemnitate servata, prefatos magnificos et potentes dominos, comitem Vocaç et comitem Volchum, atque comitem Stephanum Cosaçe, cum eorum et unius cuiusque eorum heredibus, ad numerum et numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro maiori consilio fecimus et facimus, atque pro nobilibus et de numero nobilium nostri maioris consilii in Venetiis et extra, ubilibet esse volumus et tractari; ipsos et eorum quemlibet, sincere benivolentie brachiis amplexantes et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, quibus .... dignoscuntur. prefati magnifici et potentes domini, comes Volchus, comes Vo-

caç et comes Stephanus, ac quilibet eorum et ipsorum et unius cuiusque eorum heredes in Venetiis et extra ubique locorum, plenissime gaudeant perpetuo et utantur. Nobis quoque idem magnifici domini, comes Vocaç, comes Volchus et comes Stephanus, per suum procuratorem legitimum, ad evangelia sancta dei, solenniter fidelitatis debitum prestiterunt juramentum; ad quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, mensis Februarii die tercio decimo, indictione secunda.

Liber privilegiorum I. ch. 199.

CCCLXVII. 1423. 16. Februarii, Indict. II, Venetiis.

Привилегія, коіомъ Млетачкій Дуждъ потврђуе великомъ војводи Сандалу, нека његова права, и уговоре постоеће између Млетака и њега.

Privilegium magnifico domino Sandali concessum, continens pacem et concordium cum eo factum, per spectabilem et egregium virum, dominum Johannem Georgio ambassiatorem dominij ad ipsum dominum; et insuper decem capitula porrecta do-

minio per ambassiatorem ipsius domini, et responsiones ad ipsa capitula.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum etc.

Principum munificentie decus aspicit, promissis per ipsos, vel eorum ambassiatores nuntios sindicos vel procuratores, non solum assentire, sed etiam illa confirmare, et valida cautione roborare. Cum itaque nuperime ad nostram comparens presentiam, vir spectabilis comes Pribislaus Pochqualich, ambassiator magnifici et potentis domini Sandali, magni vaivode Bossine, intimi amici nostri dominii, nobis porrexerit decem capitula, et per ipsorum nonum, sicut in illo inferius cavetur, nobis suplicaverit, ut dignemur ipsa capitula et responsiones nostras, nec non privilegium sive contractum concordii et pacis, celebrati inter nos et magnificentiam suam, per medium viri nobilis Johannis Georgio ambasiatoris nostri, in uno eodem nostro privilegio, bulla nostra bullato, facere annotari. Nos etsi ex innata nostro dominio fide, non solum privilegia, sed queque oretenus etiam, que in scriptis minime apparent, promissa inviolabiliter attendamus et observemus, ob quod dictum privilegium

fieri facere necesse non foret, attamen ipsius magnifici domini precibus et supplicationibus annuentes, presens privilegium fieri jussimus, primo de verbo ad verbum in eo inseri facientes, tenorem privilegij concordii et pacis cum eodem magnifico domino Sandali facte, et subsequenter predicta decem capitula et responsiones nostras ad eadem capitula fecimus annotari. Tenor namque dicti privilegii, concordii et pacis per omnia sequitur, et est talis: „Nos Johanes Georgio ambassiator illustrissimi et excellentissimi domini Francisci Foscari dei gratia incliti ducis Venetiarum etc. et comunis Venetiarum. Universis et singulis has presentes literas inspecturis, notum facimus, ut amor dilectio, unio, amicicia et bona pax sit inter dictum serenissimum et excelentissimum dominum ducem et comune Venetiarum, et magnificum et potentem dominum Sandali Bossine magnum vayvodam, fratres suos, et domum suam, que hec sunt, que habuimus et obtinuimus ac fecimus cum predicto magnifico vayvoda Sandali, nomine et vice dicti domini ducis, et comune Venetiarum, pro comoditate civitatis Catari, et pro aliis contentis in infrascriptis literis, quas literas fieri fecimus per duas manus, unam per manum circumspecti viri Johanis de Bonisio, cancellarij nostri, literali sermone, alteram manu prudentis viri Bogati Rado-

salich cancellarii dicti magnifici vayvode Sandali, in idiomate Sclavonico, uniusmet tenoris et substantie. Quas literas pro majori firmitate et evidentia pleniori, bulla Sancti Marci bullari fecimus. Tenor autem literarum talis est: „Nos Sandali Bossine magnus vayvoda, cupientes sicut semper fuit nostre mentis et propositi, et in futurum multo magis demonstraturi dispositi, quod amor, unio, amicicia, concordium atque pax sit inter nos, magnificos fratres nostros, et domum nostram, et excellentissimum et serenissimum principem dominum, dominum Franciscum Foscari, dei gratia inclitum ducem Venetiarum etc. et comune Venetiarum. Reducentes ad memoriam, quod vir spectabilis et egregius, dominus Johanes Georgio, honorabilis ambassiator prefati domini ducis et comunis Veneciarum, anno preterito ter se contulit ad presentiam nostram, et sub literis credentialibus, post salutationes et oblationes nobis factas, circa ammissionem quam fecimus de civitate Catari, que pervenit ad manus prelibati domini ducis et comunis Venetiarum, nobis explicavit, quod prefatus serenissimus dominus dux, et comune Venetiarum, dictam civitatem Catari non accepit causa habendi majus dominium; sed moti compassione propter guerras et novitates, quas eidem faciebat quondam Balsa Stracimir, qui erat inimicus di-

cti domini ducis, et comunis Venetiarum, et pro multis aliis de causis, nobis sapienter per dictum ambassiatorem explicatis, intromissionem dicte civitatis fecerunt, nos rogando, quatenus nobis placeret, ex contemplatione prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum, facere bona vicinantia dicte civitati Catari, subditis et fidelibus ejusdem, et territoriis suis; et tenere modum cum effectu, quod caravane irent per rectam viam ad civitatem Catari, et non Ragusium; et quod quatuor Catarinos, quos habemus in obsides a comunitate Catari, ob contemplationem ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, relaxaremus, promittendo nobis, quod ipse prelibatus dominus dux, et comune Venetiarum, daret et dari faceret nobis singulo anno de introitibus camere salis Catari, ducatos sexcentos auri. Circa que per partes multa dicta fuerunt, et illotunc concordium aliquod ad invicem haberi non potuit. Nunc autem quia de novo et in presenti, dictus dominus Johanes Georgio, ambassiator prefati serenissimi domini ducis et comunis Venetiarum, pervenit ad nostram presentiam, cum literis credentialibus ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, qui post salutationes et oblationes nobis factas, nobis omnia predicta, et multa alia sapienter replicavit, nos rogando, quatenus nobis placeret condescendere, et annuere voluntati dicti do-

mini ducis, et comunis Venetiarum, modo et promissione superius expresso, promitendo nobis ultra sexcentos ducatos predictos, domum quam habebamus in civitate Catari, libere et expedite, per modum, quod ipsam, et de ipsa facere poterimus libitum nostrum. Et quamvis videamus et cognoscamus, hoc esse cum dedecore et incomodo nostre magnificentie, tamen resolventes in mente nostra, quantum prompti sumus et in futurum multo magis dispositi, facere de rebus, que sint grate prefato serenissimo domino duci et comuni Venetiarum, nec non considerantes labores habitos, et passos per dictum dominum Johannem Georgio ambassiatorem, qui diversis temporibus multotiens fuit ad presentiam nostram, multum etiam nos inducunt ad faciendum, que nobis explicavit, et ad removendum de mente nostra ammissionem Catari. Quapropter tenore nostrarum presentium patentium literarum, promittimus in Dei nomine, dicto domino Johanni Georgio ambasiatori prefati serenisimi domini ducis et comunis Venetiarum, quod nos magnificus vayvoda Sandali Bossine, et magnifici fratres nostri, et domus nostra, cum toto nostro dominio, volumus amorem, unionem, amicitiam et bonam pacem habere, cum prefato serenisimo et excellentissimo principe domino, domino Francisco Foscari dei gratia inclito duce Venetiarum, ac comune Venetiarum, ac promit-

timus, et volumus, quod caravane et turme Bossine, et omnes alie karavane sint in sua libertate, et ire valeant Catarum, et alibi quo velint, pro sua comoditate, sicut primo faciebant, et quod nullatenus modo vel forma per nos, nec per aliquos nostros, ipsas impedicmus in nostro dominio, sed potius ipsas in sua libertate, cum quibuscumque suis bonis, eundo stando et redeundo, ad civitatem Catari et alibi quo velint, dimittemus, et dimitti omnino faciemus, solventibus ipsis karavanis et turmis, carinas et tergovinas, que solvuntur presentialiter per alios in nostro dominio. Et ut omnes istud sciant, notitiam dari faciemus per totum nostrum dominium, quod ipse caravane et turme possunt ire Catarum, et alibi quo velint sicut primo faciebant, pro sua comoditate, cum quibuscumque suis bonis et mercantiis, modo predicto. Et quod faciemus bonam vicinantiam civitati Catari, et omnibus terris et locis dicti domini ducis, et comunis Venetiarum, ac omnibus subditis civibus et fidelibus suis, venientibus in nostro dominio, et eisdem jus et justitiam ministrabimus, et ministrari faciemus cum effectu, ipsis requirentibus. Pro quibus quidem predictis, predictus spectabilis et egregius vir, dominus Johanes Georgio ambassiator prefati domini ducis et comunis Venetiarum, auctoritate sibi attributa a predicto domino duce et comune Venetiarum, nobis magnifico

vaivode Sandali promittit, quod ipse dominus dux et comune Venetiarum dabit, et dari faciet, nostre magnificentie annuatim in Cataro, de introitibus camere salis Catari, ducatos sexcentos auri, vel in aliis terris Dalmatie ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, ubi valeamus mittere nostrum servitorem ad accipiendum dictos denarios, et inde extrahere, et libere portare, si eisdem domino duci, et comuni Venetiarum videbitur, et placuerit, et si eisdem non placuerit, nobis dabit, et dari faciet, in civitate Catari annuatim dictos ducatos sexcentos, modo predicto, ac domum, quam primo habebamus in Cataro, ut ipsam, et de ipsa disponere et facere valeamus libitum nostrum.

Promittitque nobis dictus dominus Johannes Georgio, ambasiator, quod nobis et fratribus nostris, et heredibus nostris, in quibuscunque terris et locis ipsius domini ducis et comunis Venetiarum, contra nostros servitores ministrabitur jus et debitum. Illos autem quatuor Chatarinos, quos habemus in obsides, licet nobis infidelitatem facierunt, propter quam deberent luere omnem penam, tamen ut prefatus serenisimus dominus dux et comune Venetiarum, videant et cognoscant nostram liberalitatem, et nostrum bonum propositum erga ipsos, sumus contenti, ob reverentiam dei, et ob contemplationem ipsius domini ducis, et comunis Venetiarum, et ob

requisitiones nobis multas factas per dictum dominum Johannem Georgio, eorumdem ambassiatorem, libere relaxare et dari dicti ambassiatori, ut illos consignet nostri parte prelibato serenissimo domino duci et comuni Venetiarum, et eisdem nos, et fratres nostros, et domum nostram, offerat et recomendet. Et ut melius, et validius predicta servari possint juravimus ambe partes ad sancta dei Evangelia, omnia predicta observari et inviolabiliter per partes observari facere. In fidem quorum premissorum, ut dictum est, jussimus has presentes literas fieri facere, et bulla sancti Marci apphensione muniri. Datum sub c a s t r o B l a g a j, die primo Novembris, 1423, indictione prima.

T e n o r autem dictorum d e c e m c a p i t u l o r u m, et responsionum nostrarum ad ipsa factarum, per omnia sequitur et est talis, videlicet:

P r i m o, quod dignemur facere, quod ducati sexcenti, nominati in suprascripto privilegio, solummodo pro ipso magnifico domino S a n d a l i, dicant, pro magnificentia sua et suis heredibus. Et insuper, quia idem dominus Sandali scit, quid et quantum importat ad bonum, et conservationem pacis, quod dicta provisio se extendat in conjunctos et affines suos; considerato quod ipse magnificus dominus Sandali, tam de factis Catari, quam de aliis sibi petitis per virum nobilem

Johannem Georgio ambasciatorem nostrum, illari animo, et liberaliter condescendit ad voluntatem nostram, et in omnibus se conformavit, et sic in futurum amplius est dispositus, dignemur extendere munificentiam nostram, non in majori quantitate pecunie, sed tantummodo, quod dicta provisio ducatorum sexcentorum se extendat etiam ad magnificos dominos comites Vocaz et Volchum fratres suos, et comitem Stephanum nepotem ipsius domini Sandali, ac filium dicti comitis Vocaz, et heredes eorum, et omnes de progenie ipsius domini Sandali, appellata Cosaze.

Secundo: Quod domus quam sua magnificentia habet in Cataro, nominata in privilegio infrascripto pro sua magnificentia solummodo, dicat et confirmetur ipsi domino et suis heredibus, ac suprascriptis ejus fratribus, et nepoti ac eorum heredibus, et omnibus de dicta eorum progenie Cosaze: et ulterius quod dignemur, propter optimam dispositionem, quam habent ad bonum servitium, quod facere disponunt, semper dari facere extra Catarum tantum terrenum, quantum placeat nostro dominio, cum condictione domus predicte, et provisionis antescripte. Insuper quod domus quam habet in Jadra idem dominus, licet per dictum ambassiatorem non fuerit promissa, eidem domino et suis heredibus confirmetur, sicut alias fuit confirmata, vel detur per nos concambi-

um condignum in civitate nostra Venetiarum, quod sit ad condictionem provisionis et domus de Cataro antescriptarum. Et quando hoc nobis non appareret, dignaremur saltem confirmare ipsam domum de Jadra, per modum qui supra dictum est, de domo de Cataro, concedendo similiter de territoriis extra Jadram, illa que nobis videntur concedenda ipsi domino, fratribus et heredibus suis, ut supra.

Ad contenta in suprascriptis primo et secundo capitulis respondemus, quod quamquam juxta formam pactorum pacis et concordii, celebrati inter nos et magnificentiam suam, per medium ambassiatoris nostri predicti, non teneamur dari predictos ducatos sexcentos, et domum Catari, nisi magnificentie sue; attamen in ejus complacentiam, et ut clare cognoscat bonam intentionem et dispositionem nostram erga magnificentiam suam, et magnificos fratres suos et eorum heredes, sumus contenti, quod dicta domus de Cataro, et similiter alia de Jadra, sint ipsius domini Sandali, dominorum comitum Vocaz et Volchi fratrum, et comitis Stephani nepotum suorum, et suorum heredum. Et insuper, quod sicut habere debet predictus dominus Sandali annuatim ducatos sexcentos, dicta provisio se extendat ad fratres, nepotem, et heredes suos, ipsis tenentibus loca et dominium, que ipse dominus Sandali tenet ad presens, et observantibus id,

quod vigore pactorum idem magnificus dominus Sandali observare debet. De teritoriis autem de extra dicimus, quod ipsa territoria sunt fidelium nostrorum ipsorum locorum, a quibus ipsa juridice vel honeste accipere non possemus. Itaque merito nos habeat sua magnificentia excusatos.

Tertio: quod essent aliqui non fideles ipsi magnifico domino Sandali, qui se ab eo absentarent, reducendo se ad loca et terras nostri dominii, nostra dominatio non det eis vel eorum alicui favorem aut auxilium, contra ipsum magnificum dominum Sandali, aut contra dominationem suam. Et quod nullo tempore aliquis rebellis seu infidelis dicti domini possit portare aliquod suum vel alienum havere, in terris aut locis nostris, neque etiam aliqui dictorum infidelium seu rebellium predictorum, cum eorum castris, villis, vel teritoriis, in manibus et sub protectione vel potentia nostri dominii possint acceptari.

Ad contenta in dicto tertio capitulo respondemus, quod intendentes pacem et concordiam inviolabiliter observare, sumus contenti, et ita mandabimus per nostros observari debere, pro bona amicicia et vicinantia observanda, quod subditis et fidelibus suis, qui a sua magnificentia se absentarent, et ad loca nostra se reducerent, vel eorum alicui non dentur contra magnificentiam suam, auxilium consilium vel favores, eo-

dem domino Sandali observante similiter erga nos, et nostrum dominium.

Quarto, si turmis et caravanis civium subditorum et fidelium nostrorum, aliqua violentia in Bossina vel in dominio ipsius magnifici domini Sandali fieret, idem dominus non vult propter hoc aliquid solvere, sed bene est contentus omni modo sibi possibili adiuvare, et facere, quod illi qui passi fuerint damna et sinistra, ista de causa reducantur ad satisfactionem.

Quinto, quod idem magnificus dominus non vult perdere aliquid de contentis in privilegio, salvo quod si faceret rem, que foret contra dominium et comune Venetiarum.

Ad ipsa quartum et quintum capitula respondemus, quod visis capitulis privilegii concordii nuperime celebrati, per medium dicti ambassiatoris nostri, inter nos et magnificentiam suam, que honestissima nobis videntur, sumus dispositi illa omnino observare, et rogamus magnificentiam suam, licet opus fore non credamus, quod ita ex parte sua facere velit.

Sexto, quod dominatio nostra ipsi magnifico domino confirmare dignetur omnia privilegia, eidem domino concessa per tempora retroacta.

Ad istum sextum respondemus, quod de ipsis privilegiis preteritis nullam notitiam habemus, sed noviter pervenimus cum ipso do-

mino ad novum concordium et compositionem per medium ambassiatoris nostri predicti, quam compositionem sive concordium intendimus effectualiter observare.

Septimo: Quod ut habeant spem ipse magnificus dominus, ejus heredes, fratres et eorum descendentes, personas suas, terras castra possessiones res et bona, ac omnem eorum dicionem quam tenent presentialiter, quocumque et obicumque bene tenendi et possidendi, dignemur sibi facere bonum cor et animum, quod sicut boni cives nostri habebuntur recipientur et tractabuntur in omni casu.

Ad hoc septimum respondemus, quod singularem magnificentie sue et fratribus atque nepoti suis gerentes amorem et caritatem, viso ipso capitulo sumus contenti facere prout petitur.

Octavo, quod si aliquod sfortium gentium alicujus partis oprimeret vel invaderet dictum dominum vel ejus fratres et descendentes seu eorum ditiones et loca, dominatio nostra illos adjuvet et defendat sicut est licitum. Respondemus ad hoc octavum, quod sumus certissimi, quod magnificentia sua et fratres sui atque nepos, qui sapientissimi sunt, providebunt ad conservationem status eorum, et nos a parte nostra erimus contenti, prompti et parati, concordium per nos cum ipso magnifico domino factum, inviolabiliter observare.

Nono, quod dignemur concedere eidem magnifico domino Sandali, per privilegium obtentum cum ipso magnifico domino per iamdictum Johanem Georgio ambassiatorem nostrum, cum omnibus que nunc petita sunt per ipsum spectabilem comitem Pribislaum, ejusdem domini Sandali ambassiatorem, contineantur omnia in uno privilegio cum bulla nostra aurea pendente, quod habebit idem dominus ad gloriam et honorem suum; et quod vellet etiam simile privilegium cum simili bulla in lingua sclava conscriptum. Ad nonum respondemus, quod licet opus non foret privilegium contentum per nobilem virum Johanem Georgio oratorem nostrum in presenti privilegio refici facere, quoniam illud intendimus effectualiter observare, attamen in magnificentiae sue complacentiam, sumus contenti illud una cum suprascriptis capitulis et responsionibus in uno eodem privilegio, nostra bulla aurea communito, facere anotari, aliud autem simile in lingua sclava non valemus scribi facere, quod non habemus notarios illam linguam scientes. Itaque placeat habere nos merito excusatos, nam intendimus ut dictum est, prout semper nostre fuit consuetudinis, ipsas responsiones et privilegia nostra observare.

Postremo supplicatum extitit pro parte ipsius magnifici vaivoda Sandali et magnificorum fratrum suorum, comitum Vocaz

et Volchi, ac magnifici comitis Stephani nepotis ipsius magnifici domini Sandali et filii ipsius magnifici comitis Vocaz, quod dignemur eosdem, magnificum dominum Sandali fratres suos atque nepotem et ipsorum filios et heredes, facere de numero nobilium nostrorum civitatis ac majoris consilii Venetiarum, concedendo eisdem privilegium dicte nobilitatis, bullatum bulla aurea, quamvis idem magnificus dominus Sandali fuerit alias factus de numero nostrorum nobilium predictorum, sed propter guerras proxime lapsas suum privilegium casualiter sit ammissum. Ad istud ultimum respondemus, quod in conplacentiam ipsius domini Sandali, sub nomine et bulla nostra refici faciemus privilegium dignitatis majoris consilii sue magnificentie alias concessum, in ea propria forma quam habuit, et ut videant ipsi magnificus dominus ac prelibati magnifici fratres et nepos sui, quod eos sincera caritate complectimus et in cunctis possibilibus libenter complacemus eisdem, sumus contenti cum debitis solemnitatibus et ordinibus nostris, assumere et facere ipsos magnificos fratres suos atque nepotem, ad numerum et de numero aliorum nobilium nostri majoris consilii, et quemadmodum est magnificus dominus Sandali predictus.

In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem, juxta requisitionem ejusdem comitis Pribislavi ambassiatoris dicti domini

Sandali, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro d u c a l i p a l a t i o, anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, die sextodecimo Februarij, indictione secunda.

Comemoriale XI. ch. 97.

CCCLXVIII. 1423. 16. M a r c i i.

Наставленѣ Марку Барбадику проведитору Которскомъ, подъ коимъ условіяма може погађати се о миру са Србскимъ Деспотомъ. (Скраћено.)

Cum intellectis et consideratis contentis in litteris nobis missis per nobilem virum Ser M a r c u m B a r b a d i c o, provisorem nostrum C a t a r i, videamus et habeamus inter cetera, dictum nostrum provisorem ex ipsis habitis considerare et comprehendere, quod d o m i n u s d e s p o t u s ad pacem contrahendam cum modis et conditionibus alias praticatis cum ipso domino despoto per dictum Ser Marcum Barbadico, condescendere vellet, quod si posset habere locum, faceret valde, consideratis considerandis, et etiam esset iuxta conceptum et dispositionem nostri dominii, vadit pars, quod scribatur eidem Ser Marco Barbadico, in hac forma, videlicet:

Informati ad plenum per literas vestras nuper habitas, de reversione nuntiorum vestrorum transmissorum cum litteris ad d o m i n u m d e s p o t u m, et de relatis ac ha-

bitis per eos, et de intentione domini despoti venire ad pacem . . . et etiam de dispositione vestra, destinandi iterum ad praedictum dominum despotum, iuxta requisitionem suam, illum Ostoiam, nuntium vestrum, habentem dicta causa eius salvum conductum etc . . . quia disponeremus semper nos honeste ad viam pacis . . . mandamus vobis . . . mittere debeatis ad praesentiam ipsius domini despoti providum virum Ser Marinum de Drusco, prout dictis vestris litteris nobis scriptis, de eius fidelitate bene et ample confidimus, vel aliquem alium fidum et aptum . . . Et si idem Marinus vel alius . . . reperiret praedictum dominum despotum cum dispositione volendi venire ad pacem cum nostro dominio, . . . detis sibi libertatem in hoc casu, existentibus rebus in terminis et esse in quibus erant, quando fecistis praticam praedictae pacis, possendi ipsam pacem concludere in modum infrascriptum videlicet:

. . . dictus dominus teneat loca Drivasti et Antibari cum suis confinibus, et quod nostra dominatio teneat et possideat loca Dulcigni et Budue cum pertinentiis suis et districtibus suis, et cum residuo Saboianae, et civitatem Scutari cum districtu et pertinentiis suis, et per modum, quo dictam civitatem habuimus a condam domino Georgio . . . et si non posset omni possibili

instantia nostram intentionem obtinere, debeat de his quae fecerit et de intentione, quam comprehenderet ipsum dominum despotum habere, per suas litteras vos informare . . et expectare vestrum mandatum . . . et potestis ei rescribere, dando sibi libertatem possendi promitere domino despoti ad partem . . . pro nostro dominio, ducatos quingentos usque mille in anno, de introitibus Scutari, prout dabamus condam domino Georgio Strazimiri.

Si vero ocurrisset, quod loca Drivasti vel Antibari, vel aliquis eorum pervenissent ad manus nostras, vel pervenirent antequam fieret conclusio cum dicto domino despoto, debeatis in dicto casu comittere praedicto, quem destinabitis, quod tractet et procuret, quod dicta loca remaneant nostro dominio, cum districtibus et pertinentiis suis, faciendo omnem instantiam possibilem veniendi ad dictam conclusionem. Et quando hoc obtinere non posset, debeat per suas litteras de omnibus, quae habuerit, vos pelenarie et distincte informare, expectando mandatum vestrum. Et in dicto casu volumus, quod . . debeatis ei rescribere . . . dando sibi libertatem promittendi pro loco Drivasti singulo anno a ducatis 400 usque 600, ultra summam illam a ducatis 500 usque 1000, quam promisisset, ut prefertur, et pro loco Antivari a ducatis 300 usque 400.

Ceterum ut dictam nostram intentionem cum plenaria libertate et bene auctentice adimpleri et fieri facere valeatis, mittimus vobis sindicatum nostrum stipulatum et in publicam formam reductum superinde in personam vestram etc. . .

Secr. cons. rog. Lib. VIII. ch. 95.

CCCLXIX. 1423. 16. Martii.

Наставленѣ за генералъ-капетана Кулфа Франю Бембо, тичуће се земљ Српскогъ деспота и Арбанаски поглавара, деспоту подчињени. (Скраћено).

Nos Thomas Mocenigo, dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi nobili viro Francisco Bembo militi . . . ituro de nostro mandato capitaneo generali Culphi, quod in bona gratia cum galeis nostris Culphi tibi comissis, recedendo de Venetiis, . . . ire debeas Jadram, pro conforto rectoris et comunitatis Jadrae, — de inde versus Scutarum, et in via tua declines Catarum — pro hortando rectorem et civitatem . . . dein quanto prestius — versus Dulcignum — similiter hortando rectorem et civitatem . . . dein intrare debeas Boianam, et ire ad sanctum Serzium, et ibi remanere pro securitate civitatis Scutari . . . et damus tibi libertatem reducendi ad obedientiam et fidelitatem nostram populos subiectos comitatui nostro Scutari et nobiles de inde, — et

illos qui essent sub iurisdictione Dulcigni, qui essent inobedientes, cum illis modis et promissionibus qui tibi videbuntur utiles, ut contractas praedictas sub fidelitate et obedientia nostra conservare et tenere possimus.

Insuper . . deliberavimus mittere ad partes Scutari certam quantitatem gentium equestrium, et ut dictae gentes cum securitate descendere possint ad S a n c t u m S e r z i u m, relinquimus in libertate tua faciendi unam bastitam a latere Sancti Serzii . . . quae sit fortis, ut gentes nostrae possint in illa habitare.

Insuper damus tibi libertatem possendi praticare et experiri, si posses reducere ad obedientiam nostram loca D r i v a s t i et A n t i v a r i cum districtibus suis, et eos removere ab obedientia d o m i n i d e s p o t i, et similiter illos de la X a b o i a n a, qui non venissent ad obedientiam nostram, utendo illis bonis viis et modis, qui tuae sapientiae videbuntur.

Et quia securitas locorum nostrorum de inde, consistit pro maiori parte in habendo ad obedientiam nostram illos nobiles de inde, tam vicinos locis nostris, quam illos qui sunt subiecti dictis nostris locis, damus tibi libertatem possendi promittere J u a n i C a s t r i o t i de provisione in anno ducatos trecentos, promittente dicto Juanno, de non essendo contra nostrum dominium; et C o i c ducatos ducentos, promittendo similiter; et

Tanus magno et Tanus parvo ducatos centum in anno pro quolibet, et alios trecentos restantes usque ad summam ducatorum mille, possis dividere inter alios nobiles de inde, secundum conditiones eorum, dando unicuique illud quod tibi videbitur, de provisione in anno, ut habeant causam perseverandi in obedientia et fidelitate nostri dominii, quos solvi volumus de introitibus nostris Scutari, loco illorum mille ducatorum, quos soliti eramus dare Balsae.

Sed si Juannus cum Ser Andreo Marcello — devenerit ad concordium, tu nullam aliam promissionem facias Juano, declarantes tibi, quod causa propter quam volumus denarios suprascriptos expendere in praedictis est, quia volumus, quod remanerent in nostro comuni pro maiori parte pronie et territoria nostra de inde, pro utilitate nostri comunis . . . Et quia Pamalioti et alii certi de inde venerunt ad obedientiam nostram, et multum fuerunt favorabiles ut obtineremus intentum nostrunt, ad succurendum civitati nostrae Scutari, volumus quod praedictos debeas humane et dulciter pertractare, et eos habeas recomissos; denotando tibi, quod misimus certos pannos distribuendos inter illos, qui venerunt ad obedientiam nostram, et illos dividas . . . . . .

Secr. consil. rog. Lib. VIII. ch. 96.

CCCLXX. 1423. 28. Martii.

Заключено утврдити градъ Задаръ, кои є ключъ Далмаціе, и морска капія Млетака.

Cum sicut omnibus est manifestum, civitas nostra Jadrae cognita sit, esse una bastita imo porta maritima Veneciarum et status nostri, et sic per progenitores nostros fiut continue reputata, sicut satis patet ex maximis gverris habitis circa recuperationem illius pluribus vicibus, quibus illam amisimus, in quibus magna pars sostantiarum civium nostrorum exhausta fuit, ultra effusionem sangvinis et consumptionem personarum; et faciat pro honore nostro infinitis causis velut et casibus omnibus satis notis, non stare ulterius in his terminis, sed est totis sensibus vigilandum, ad fortificandum illam presto et taliter, quod nec nos nec posteri nosri ullo tunquam tempore habeant dubitare, quod per aliquem casum vel potentiam amittatur, et quod omnis malus conceptus et spes de mentibus emulorum nostrorum penitus auferatur, et ad hanc tam salutiferam et necessariam provisionem non sit habenda consideratio ad laborem aliquem vel expensam, respectu tanti boni, quia per hanc viam dici poterit, statum nostrum esse perpetuo assecuratum, et tenendo Jadram tenebitur tota Dalmatia, nec unquam poterit dubitari de guerra maritima, vadit pars: se-

cundum opinionem et consilium omnium ingeniariorum, qui sciunt et sunt pratici in his rebus, et qui ad oculum viderunt et diligenter consideraverunt et examinaverunt omnia ista negotia; quod in nomine dei fieri et construi debeat unus murus ad transversum civitatis nostrae Jadrae, incipiendo a porta Sancti Dimitrii sive Brusata, eundo recto tramite ad alium murum civitatis versus Austrum, per cuius muri constructionem habebimus unam fortissimam citadelam, et in ea erit conprehensum et clausum castrum nostrum et catena et bucca portus; in qua citadella habitare debeat noster capitaneus et stipendiarii nostri equestres et pedestres ac nostri Veneti, et non aliquis civis vel paesanus. Et ut dicta citadella fiat in illa optima forma et fortitudine quae sit possibilis tam de muris quam de turribus et fossis per modum, quod de ea nequeat dubitari, et etiam cum quam minori expensa fieri poterit, atque celeriter, quia in mora non est absque periculo, ordinetur et mandetur magistro Picino ingenierio nostro, quod ire debeat Jadram ad dandum ordinem toti huic laborerio, et ad inveniendum modum de apparatibus necessariis, ita ut absque perditione temporis isto tempore novo, detur principium huic operi, . . etc. . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 99.

CCCLXXI. 1423. Indict. I, 4. Aprilis, in Galea.

Уговоръ капитулације Паштровића, са условіима подъ коима су ови примили вр'овну владу Млетака.

In Christi nomine amen. Millesimo quadringentesimo vigesimo tertio. Indicione prima, die quarto mensis Aprilis, in galea magnifici et generosi militis domini Francisci Bembo, pro serenissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. honorabili capitaneo generali Culphi etc. facta nomine et consilio per infrascriptos nobiles Pastrovichios et eorum homines, juxta Molendina eorum, penes marinam, ad hoc, ut concordium fieret, et optantes merum concordium facere cum prelibato serenissimo ducali dominio Veneciarum etc. vel cum prelibato magnifico domino capitaneo nomine prelibati serenissimi ducalis dominij et se prelibato serenissimo ducali dominio, et ejus imperio subicere, et ejusdem fideles esse, porrexerunt et dederunt hec capitula prelibato magnifico domino capitaneo, petentes juxta ipsorum tenorem.

Nomina quorum nobilium sunt hec, videlicet:

Dabisius Alechig Pastrovich
Radich Michovich
Juannus Risavich
Juhanes Chindis

Raticho Calogiurgevich
Nenado Cervez
Petan Glavos
Sorach Buranovig
Karnoy Novachovigh blisighuja
Vochota Dracovig
Radis Grubacevig
Bohan Bugliarevig
Novach Tomich

qui electi fuerunt per eorum consilium, ut supra, ad concordium fiendum et firmandum cum prefato magnifico dominio capitaneo, nomine prelibate serenissime ducalis dominationis Venetiarum etc. quorum capitulorum tenor talis est.

Primo: quod suprascripti nobiles per eorum consilium volunt sibi eligere sibi rectorem annuatim, qui debeat confirmari per serenissimum ducale dominium ad eorum gubernationem, et eis jus ministrandum, tam in civilibus quam in criminalibus, secundum antiquos eorum mores et statuta.

Item, quod per prelibatum serenissimum ducale dominium manuteneantur, et defendantur eorum jura, et confinia, et si qua confinia vel jura ipsorum antiqua, jam perdita vel per vim vel per inimicitiam eis subrapta, contigeret recuperari, ipsis restituantur.

Item se obligant ei promittunt dicti nobiles cum eorum sequacibus et amicis, habitatoribus dictorum locorum, sponte et absque

aliquo stipendio, sed puro amore et sincera fidelitate, semper esse promptos, et paratos ad omnia, et quecumque servitia prelibate serenissime ducalis dominationis, tam in preliis gerendis, quam alia quecumque de causa, intelligendo hoc ab Antiveri usque Catari, et eorum districtum. Si vero prelibatum serenissimum ducale dominium voluerit ipsos operari quovis modo in districto Scutari, teneantur dicti nobilis et homines Pastrovichiis, per dies octo solummodo servire ad eorum proprias expensas, et a dictis octo diebus antea, dictis hominibus sic sapientibus, solvatur dietum vel mensuatim, prout aliis hominibus paiesanis, vel ex ipsorum confinibus servientibus, ut ipsi fit solutio.

Item petunt et requirunt suprascripti nobiles, quod in omni casu guere, quod Deus avertat, vel superventus exercitus dispoti vel Turchorum in tali quantitate, quod dicti nobiles, et homines dictarum contractarum et locorum, non possent ad eorum solitas habitationes, et proprias stare domus, quod prelibatum serenissimum ducale dominium teneatur et debeat ipsis nobilibus et hominibus habitationem et receptum in ipsius terris proximis, ut puta, in Cataro et aliis circumstantibus; et ad ipsius dominii aliqualem provisionem vel stipendium accipere ex ipsis nobilibus saltem XX, per ipsorum substentatione, operando tamen ipsos more sti-

pendiariorum, si in stipendiariis accepti fuerint, vel alio quocumque modo, prout melius videbitur prelibato serenissimo ducali dominio Venetiarum etc.

Item petunt et requirunt nobiles ut supra, in omni casu adventu pacis et concordii fiendi cum domino despoto, quod prelibatum serenissimum ducale dominium debeat ipsos nobiles et homines contractarum dictarum, sub ejus imperio et dominio retinere, nec ipsi despoto vel alii aliqualiter subiectos facere.

Item petunt et requirunt prefacti nobiles ut supra, quod hoc concordio facto prelibatum serenissimum ducale dominium teneatur et debeat eis dare petias XX pani lane de L. portatis et clamides L, secundum eorum ritum.

Item se obligant dicti nobiles et homines dictarum contractarum ad dandum et solvendum, et dare et solvere promittunt prelibato serenissimo ducali dominio grossos duodecim argenti de eorum monetis, omni anno pro qualibet domo, vel pro quolibet foco dictorum hominum et habitatorum dictarum contractarum, juxta mores antiquos, et prout hactenus ipsorum domino annuatim solvere consueverunt.

Item petunt et requirunt suprascripti nobiles et homines, se se nichil solvere velle pro datiis doane de Venetiis, vel quibus-

vis terris prelibati serenissimi ducalis dominii, pro quibusvis rebus ortis in eorum nobilium Pastrovichorum territorio, quas res ut supra conducerent in predictis terris prefate serenissime ducalis dominationis Venetiarum, presertim attento, quod numquam aliquid soliti fuerunt solvere.

Item quod venerabilis abbas dominus Luca patruus supradicti Radich Grubacevig, abbas sancte Marie de jotam territorij dictorum nobilium Pastrovichorum, in ipsius abbatia suprascripta confirmetur, nec de ipsa abbatia aliqualiter privari debeat vel molestari.

Commemoriale XI. ch. 114.

CCCLXXII. 1423. 20. Aprilis, indict. I.

Привилегія краля Босанскогъ Твртка на Млетачко грађанство и властелство. (Скраћено).

Privilegium serenissimi domini Stephani Tuerethco dei gratia Rassie, Bossine et partium maritimarum regis etc. ad honorem maioris consilii.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis . . . affectum. Ducalis benignitas in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto personas illustres et excelsas preveni-

re studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, ipsarumque requisitiones liberalius exaudire, quanto ducatui nostro sinceriores zelo et claritate excellentium operum se ostendunt. Unde cum serenissimus dominus Stephanus Thuerticus, dei gratia Rassie, Bossine partiumque maritimarum rex etc. honoris et nominis nostri zelator assiduus, qui semper cum eius progenitoribus inclite memorie, se verum expressit Venetum, se penes ducatum nostrum sentiens suis meritis gratiosum plurimum et acceptum, nos fecerit amicabiliter rogitari, ut placeret nobis ipsum eiusque filios et heredes, nobilium civium nostrorum Venetorum numero gratiosius aggregari, ut beneficio huiusmodi civilitatis dotati, nobilium et civium nostrorum privilegio congauderent. Nos attendentes dilectionem ingentem ac gratum affectum et sinceritatem, quam semper prefatus serenissimus dominus rex Stephanus ad nos, ducatum nostrum, et singulares personas ducatus eiusdem, ferventer et laudabiliter ostendit, acceptorum operum per effectum, benemeritas requisitiones suas duximus digne retributionis munere gratificabiliter acceptandas. Quapropter notum fieri volumus universis, quod omni juris consiliorum . . . servata, prefatum serenissimum dominum Stephanum regem, cum suis filiis et heredibus, in Venetos et cives nostros et

ad honorem et dignitatem nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetos cives nostros ac de numero nostrorum nobilium maioris consilii fecimus et facimus, ac pro Venetis civibus et nobilibus de nostro maiori consilio in Venetiis et extra ubilibet haberi, suscipi volumus, et omni affectus plenitudine honorifice pertractari, ipsos sincere dilectionis brachiis . . . . quibus alii nobiles cives nostri Venetiarum et de nostro maiori consilio gaudent, prefati serenissimus dominus rex et sui filii et heredes in Venetiis et extra ubique gaudeant plenissime et utantur. In quorum omnium testimonium et evidentiam pleniorem, presens privilegium fieri mandavimus et bulla nostra pendente aurea communiri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, mensis Aprilis die vigesimo, indictione prima.

Liber privileg. I-mus, charta 198.

CCCLXXIII. 1423. 25. Junii.

Наставленѣ за проведитора Котореског Марка Барбадика, како да се влада при уговараню мира са Ђорђемъ Вуковимъ (Бранковићемъ). (Скраћено).

Quod scribatur nobili viro S. Marco Barbadico, provisori Catari in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas sexto Junii praesentis, quibus et contentis in illis

auditis et diligenter intellectis et praesentatis etiam ac porrectis in scriptis nostro dominio exponendis vestri parte, per prudentem virum Marinum de Drusco, fidelem nostrum Catarinum, quem cum praedictis vestris litteris, concludentibus quod eidem credulitatis fidem adhibere dignemur, ad nostram praesentiam destinastis ..... et volentes quod habeatis nostram determinatam responsionem .... denotamus vobis: quod circa provisionem, quae ex praedicto vestro scribere ... vobis videretur debere fieri etc. Nolumus ullo modo quicunque fieri superinde, et ita etiam videbitis contineri ..... nostras responsiones, deliberatas et captas per nostra consilia rogatorum et additionis ... mittimus vobis scriptas in folio praesentibus introcluso, volentes et .... fidelitati vestrae mandantes, quatenus eas ut iacent debeatis inviolabiliter observare .... Ad partem, quam per literas vestras scribitis, quod cum senseritis dominum Georgium de Vulco subtus Scutarum applicuisse, quo venturus est, ut informati manemus per ipsas vestras literas et etiam per literas dicti domini Georgii nobis missas, quas in ipsis vestris litteris introclusas nostro dominio destinastis, ad ipsum dominum Georgium transmittetis subito Johannem de Lusa, causa pacis contrahendae etc. Vellemus libenter consideratis considerandis, vos eidem Johanni comisisse, quod

debuisset se praesentare et superinde conferre, cum capitaneo nostro Culphi et cum comite et capitaneo nostro Scutari, denotantes vobis, quod si conclusio pacis . . . in vestra absentia per dictum Johannem . . . compleri non posset, et esset necessarium, vos illuc debere accedere . . . scripsimus nostro capitaneo Culphi . . . ut mittat Catarum unum nostrum supracomitum, qui loco vestri ibi remaneat . . . . et in casu quo iretis volumus, quod circa fienda debeatis conferre cum capitaneo Culphi et cum comite et capitaneo Scutari; . . . . Volumus etiam, quod acceperitis illos ducatos ducentos . . . causa possendi facere adimpleri pollicita Pastrovichiis . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 107.

CCCLXXIV. 1423. 28. Junii.

Наставленѣ за капетана Кулфа Франциика Бембо, тичуће се рата противъ Србіе. (Скраћено.)

Quod scribatur nobili viro Ser Francisco Bembo militi, capitaneo nostro Culphi, in hac forma, videlicet:

Recepimus vestras litteras, de omnibus gestis . . . usque ad decimum octavum Maii nuper praeteriti . . . et modo recepimus duas . . de 28 Maii et . . . 16 Junii praesentis . . . et consideratis . . . . . literis, de 18 Maii, in quibus . . . facitis mentionem de Pamaliotis, qui comparuerunt coram vobis, petentes sub-

veniri, et de subventione per vos facta quibusdam ex eis, ducatorum duorum pro quolibet equo, quod plurimum nobis placuit, et de deliberatione quam feceratis transferrendi vos Scutarum, et de missione nuntii vestri ad illos vaivodas, quos ad passum bouum penes Scutarum causa concordii tractandi scripsistis expectare, si vobiscum colloquium habere vellent, volendi firmare treuguam pro uno mense, . quam denegastis . . . quod plurimum nobis placet . . . . etc. . . . mandamus quatenus considerata paupertate dictorum Pamaliotorum, de quorum benegestis ad honorem status nostri . . sumus . . . informati, debeatis, ut habeant causam perseverandi bene ferventer in vera et constanti fidelitate, ad bonum status nostri, prout promiserunt, dictis Pamaliotis subvenire . . . quod vobis videbitur; et quia sumus informati Tronsos ferventissime se gesisse ad honorem et bonum status nostri dominii, et reliquisse domos proprias, reducendo se ad insulam S. Sergii, debeatis etiam subvenire . . . possendo eis omnibus dare usque ad ducatos trecentos in mense in summa, ...

Ceterum quia Ser Marcus Barbadico provisor noster Catari, scripsit inter cetera nostro dominio, quod vobis accedente Catarum cum armata nostra, permanendo ibidem solum octo diebus, tota contrata et comitatus Catari reduceretur ad obedientiam nostram . . . pro

bono nostrorum fidelium de Cataro, ut possint pacifice gaudere et perfrui bonis et possessionibus suis, fidelitati vestrae mandamus, quatenus debeatis, . . . posita bene in ordine cum sufficientibus custodiis bastita Sancti Sergii et altera bastita, et dimittendo ibi, pro securitate earum . . . unam vel duas galeas . . . ire Catarum cum aliis galeis nostris, vobis comissis, et simul cum provisore Catari . . . attendere ad reducendum contratam et comitatum Catari ad nostram obedientiam; et possetis ibi stare per dies octo, vel si esset necessarium . . . ultro dies quatvor, si speretis nostrum mandatum posse executionem habere; — verum si videretis, quod vester accessus ad locum Catari . . . haberet inducere periculum, propter applicationem gentium inimicarum, relinquimus in libertate vestra, eundi . . . tempore, quo videatis cum securitate et sine periculo posse illud exequi . . .

Ad litteras . . . quibus denotastis, quod bonum foret, quod ordinaremus scribi facere mille vel saltem quingentos equos ex hominibus illius paesii etc. vobis rescribimus, quod considerato ingenti numero gentium inimicarum ad illas partes applicatarum, non appareret nobis, pro nunc, de faciendo accipi ullos alios, ultra eos quos debetis et potestis accipere et tenere . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 108.

CCCLXXV. 1423. 2. Julii.

Наставленѣ за проведитора Которекогъ Марка Барбадика, тичуће се уговараня мира са деспотомъ Србскимъ.

Scribatur Ser Marco Barbadico, provisori Catari, in hac forma:

Ut de intentione nostra super facto pacis tractandae cum domino despoto Rassiae, seu cum illis qui ab eo libertatem haberent, sitis informatus, non obstantibus aliis nostris mandatis, vobis usque in praesentem diem comissis, vobis cum nostris consiliis rogatorum et addicionis scribimus et mandamus, quatenus dictam pacem pertractare et concludere debeatis, secundum formam et tenorem cedulae praesentibus introclusae, qui forma et tenor sunt secundum continentiam primae ambaxiatae, quam vobis comisimus, quando primo ivistis ad partes Rassiae, sicut videbitis, cum ista addicione, quod in dictam pacem ponere debeatis Pamaliotos et Pastrovichos, et alios qui venissent ad obedientiam nostram, et fuisset eis promissum de inclucendo eos in pace quam faceremus cum domino despoto praedicto. Verum quia simile mandatum fecimus nobili viro Ser Francisco Bembo, militi, capitaneo nostro generali Culphi, de praticando et concludendo dictam pacem, volumus, quod si reperietis vos insimul cum dicto capitaneo, dictam pacem insimul cum eo praticare et con-

cludere debeatis, si vero insimul non essetis, debeatis vos ad invicem intelligere, quod unus vestrum illam praticet et concludat, quia pro honore et bono nostri dominii volumus, quod solum per unam manum praticetur pax praedicta.

Et quia optamus, quod quiete facta nostra exequantur, vobis ad memoriam reducimus, quod non obstante aliqua differentia, quae hactenus inter vos orta esset, bonam advertentiam habeatis, quod facta nostra suprascripta non impediantur, sed per vos quiete secundum quod vobis comittimus exequantur.

Mittimus vobis praesentibus introclusum unum syndicatum in personam vestram, et unum alium misimus dicto capitaneo Culphi, in personam suam; et similiter dicto capitaneo misimus unum alium syndicatum in personas vestram et suam, quem penes se retinere debeat, et si eritis insimul ad praticam dictae pacis, dictum sindicatum in personas vestrum duorum ostendere debeatis; si vero per aliquem vestrum praticaretur, ostendatur solum syndicatus in personam illius vestrum, qui dictam pacem praticabit.

Secr. cons. rogator. Lib. VIII. ch. 110.

CCCLXXVI. 1423. 13. Julii.

Заключенъ, коимъ се дае власть Франциску Бембо, да може подъ наведенимъ условима заключити миръ са деспотомъ Српскимъ.

Cum nobilis vir Ser Franciscus Bem-

bo miles, capitaneus noster generalis Culphi, scripserit nostro dominio, quod fuit in colloquio cum domino Georgio nepote domini despoti Rassiae, qui descendit contra Scutarum cum equis VIII. mille, super facto pacis, et ob istam causam misit pro Ser Marco Barbadico, provisore nostro Catari; et bonum et utile sit anticipare tempus, ut deveniamus, si possibile est ad pacem, pro evitando expensam quam habemus in partibus de inde. Vadit pars: quod scribatur dicto nostro capitaneo Culphi et dicto Ser Marco, quod recepimus litteras dicti capitanei, per quas nostro dominio scripsit, fuisse in colloquio cum domino Georgio suprascripto, et misisse pro Ser Marco Barbadico, pro essendo super tractatu pacis cum dicto domino Georgio, et esse poterit, quod pervenerint ad concordium cum dicto domino Georgio, quod concordium si secutum erit, multum placebit nostro dominio. Quando autem secutum non esset concordium aut trenguas, detur dictis capitaneo et Ser Marco libertas, in casu quo viderent, posse ad concordium et pacem venire mediante pecunia, possendi promittere dicto domino despoto, ultra ducatos mille eis concessos, posse annuatim promittere alios ducatos quingentos usque mille annuatim, sicut melius facere poterunt.

Si vero ad concordium et pacem venire non possent, et possent devenire ad longas

treuguas, et ad minus per annos quatvor et ab inde supra, et viderent quod pro talibus treuguis necessarium esset facere aliquam expensam, detur praedictis capitaneo et Ser Marco libertas, possendi promittere singulo anno, tempore dictarum treuguarum, dicto domino despoto, usque ad summam ducatorum mille de introitibus Scutari, declarando in dictis treuguis, sicut eis commissum est, quod tenentes terras et fortalitia, teneant districtus et confinia locorum praedictorum.

die eodem:

Quod detur libertas nobili viro Ser Francisco Bembo militi, capitaneo nostro generali Culphi, veniendi ad pacem cum domino despoto Rassiae sive cum habentibus libertatem ab eo etc. . . . .

(Остало све као што є напредъ.)

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 113.

CCCLXXVII. 1423. 27. Julii.

Налогъ проведиторима за предѣле Солунске, Санту Венієру и Николи Ђорђіо, да кодъ Турака ништу помоћь противъ деспота Србскогъ. (Врло кратакъ изводъ).

Comissio nobilibus viris Ser Sancto Venerio et Nicolao Georgio militibus, iuris provisoribus nostris ad partes Salonichi:

. . . . . .

Et quia intentionis nostrae est, quod

unus vestrum omnino vadat ad praesentiam T u r c h i . . . . . .
. . . Tu vero qui ibis ad praesentiam dicti Turchi, debeas . . . . praesentatis exeniis . . dicto d o m i n o T u r c h o r u m exponere, ... de confirmando pacem, quae erat inter quondam patrem suum et nostrum dominium . . .

Confirmata autem dicta pace, debeas cum illis pertinentibus verbis quae tuae discretioni videbuntur, dicere dicto domino, quod vigore dicti capituli, si loca nostra A l b a n i a e per aliquem molestantur, debet ipsa defendere. Et quia d o m i n u s d e s p o t u s R a s s i a e, damnificat loca nostra praedicta, et abstulit nobis D r i v a s t u m, debeas dictum dominum requirere, quod provideat taliter et m i t t a t tale et ita efficax m a n d a t u m i p s i d o m i n o d e s p o t o, q u i e s t h o m o s u u s, quod ipsa loca nostra non molestet, nec de illis quidcunque occupet; et nobis restituat locum nostrum Drivasti, quia dictus dominus despotus dicit, hoc fecisse ad petitionem domini r e g i s H u n g a r i a e. Et quod velit pro bona executione mandatorum suorum, facere et providere tam effective cum suis gentibus et nuntiis propriis, et cum illis modis, qui fuerint necessarii et executivi, quod mandata sua praedicta habeant expeditivum et bonum effectum et debitam executionem, pro conservatione bonae pacis. Et

si occurreret, quod dictus dominus despotus, sive alii subditi dicti Turchi non observarent mandata sua, et molestarent loca nostra praedicta, quia istud esset contra formam pacis, procura in isto casu, quod non teneamur aliquid sibi dare, et sic debeas servare . . . . . etc. . . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 117.

CCCLXXVIII. 1423 2. Augusti.

Наставленѣ за генералкапетана Кулфа, како да се влада у рату противъ деспота Србскогъ.

Quod scribatur capitaneo nostro generali Culphi, in ista forma:

Recepimus litteras vestras, quas nobis scripsistis super facto praticae pacis, habitae per vos et Ser Marcum Barbadico provisorem nostrum Catari, cum domino Georgio de Volcho, quibus litteris vestris dedimus responsionem, et vobis comisimus super facto dictae pacis illud, quod nobis apparuit committendum per litteras praesentibus alligatas; postea recepimus alias litteras vestras, datas die X et XIV mensis elapsi, et intelleximus tam per primas quam per istas ultimas, qualiter inimici multum se fortificant ad locum Scalae, et sicut litterae vestrae continent, nos multum dubitamus, ne inimici vos claudant per modum, quod cum galeis descendere non possitis; et propterea

volentes vos de intentione nostra reddere informatum, vobis denotamus, quod sumus certi, quod ad pacem et concordium devenietis cum suprascripto domino Georgio, nomine domini despoti Rassiae, quia sicut videbitis per alias nostras litteras vobis missas, responsivas ad factum pacis, condescendimus ad ea, ad quae secundum petitionem suam denegare non potest. Verum quia occurrere posset, quod cum dicto domino Georgio ad pacem venire non possetis, quia mutaret petitiones suas, ut de intentione nostra sitis informatus, volumus quod si videretis ad pacem non posse venire, et comprehenderetis et clare cognosceretis, quod per inimicos vobis claudi posset passus Scale, ita quod non esset in libertate vestra possendi descendere cum galeis nostris vobis comissis, habentes galeas nostras vobis comissas, et earum homines, caros quantum plus esse potest, si videbitis galeas et gentes nostras in periculo esse, propter clausuram passus dictae Scale; et si clauderetur dictus passus Scale, manifesto subiaceretis periculo, relinquimus in libertate vestra, in tali casu manifesti periculi, recedendi cum omnibus galeis nostris et caricari faciendi equos et gentes armigeras in arsilis nostris, et destrui faciendi bastitas, et cum omnibus gentibus nostris vos reducendi versus bucham Boianae, et ponere gentes nostras eques-

tres in Dulcigno, vel aliis locis de inde, sicut vobis melius videbitur, et vos cum galeis nostris nutrire in dictis aquis, scribendo nostro dominio totum et quidquid secutum erit, pro nostra informatione, et expectando nostrum mandatum.

Et si ad pacem devenietis, debeatis dimissis in Scutaro equitibus quinquaginta sub uno sufficienti capitaneo, et illis peditibus qui vobis et comiti nostro Scutari videbuntur, debeatis omnes alias gentes equestres et pedestres mittere Venetias.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 119.

CCCLXIX. 1423. 2. Augusti.

Наставленѣ за уговараньѣ мира са деспотомъ Србскимъ, дато генералкапетану Кулфа и Марку Барбадико, садржаваюће неке нове услове.

Quod scribatur et mandetur capitaneo nostro generali Culphi et Ser Marco Barbadico provisori Catari, in hac forma, videlicet:

Recepimus litteras vestras datas ad bastitam Sancti Sergii, die quinto Julii praeteriti, quas et contenta in illis ordinate et distincte audivimus et intelleximus diligenter et notavimus valde bene, ac consideravimus inter cetera praecipue conditiones treuguarum, firmatarum per vos ad medium mensis Augusti praesentis, quas videmus proce-

sisse ex clausura fluminis cum fortiliciis et stricturis factis per gentes inimicas. Notavimus etiam ac consideravimus petitiones sive capitula ultimate vobis porrecta pro pace concludenda etc quae sunt videlicet:

Primo quidem petit dominus Georgius nomine domini despoti civitatem Dulcigni cum suis confinibus eo modo, quo olim dominus Balsa ipsam civitatem tenebat et possidebat, et ultra hoc ducatos mille annuatim sibi attribuendos per nostrum dominium de introitibus Scutari, prout ipsi quondam domino Balsae dabantur; aut castrum Buduae cum suis juribus et pertinentiis ac confinibus suis, et cum his salinis, quas tenebat praefatus quondam dominus Balsa, et ducatos mille, sibi annuatim ut supra solvendos. Item petit habere velle in suum subditum et pro suo subdito Andream Humoie cum centum domibus in montaneis olim districtus Scutari; habitantem longe a civitate Scutari, per duodecim vel quindecim milliaria, quia asserit ipsum Humoie ab antiquo fuisse de pertinentiis ipsius domini Georgii vel praecessorum suorum etcet. ut in dictis vestris litteris continetur.

Quibus omnibus bene notatis et consideratis, fidelitati vestrae, ut de nostra intentione sitis plenarie informati super facto pacis tractandae cum domino despoto Rassiae

sive cum deputato vel deputatis vel deputando vel deputandis per eum, scribimus et mandamus cum nostris consiliis rogatorum et addicionis, et damus vobis libertatem, quod pro veniendo ad pacem et concordium, possitis promittere castrum Budue cum suis juribus et pertinentiis ac confinibus suis, ac cum his salinis, quas tenebat praefatus condam dominus Balsa, et ducatos mille sibi annuatim solvendos de introitibus Scutari, prout ipsi condam domino Balsae dabantur. Ceterum quia in capitulis porrectis per ipsum dominum Georgium nomine domini despoti ut supra continetur, non nominatur nec fit specifice mentio ulla de loco Lustize, et posset contigere, quod nomine praedicti domini despoti, requireretur et peteretur ipse locus Lustize, cum allegatione, quod Balsa tenebat locum praedictum; volumus ut in omni casu sitis informati de nostra intentione, et vobis cum dictis nostris consiliis scribimus et mandamus, quatenus contingente casu, quod requiri et peti faceret dictum locum Lustize, dicendo quod Balsa tenebat eum, debeatis respondere et sustinere cum illis verbis et rationibus, quae vobis videbuntur, quod dictus locus non est nec spectat pertinentiis Budve, concludendo illis pertinentibus allegationibus et rationibus, quas cognoveritis expedire et videbitis fore utiles, quod debet remanere contentus, quod ipse locus

Lustice remaneat nostro dominio, prout est ad praesens, faciendo super hoc omnem possibilem experientiam, obtinendi dictam nostram intentionem ut profertur. Quando autem non possetis obtinere, intentionem nostram praedictam, quia omnino vellet habere ipsum locum Lustizae, sumus contenti, ne ob ipsum locum Lusticae, deficiat quin veniatis ad pacem et concordiam, et damus vobis libertatem cum dictis nostris consiliis, quod possitis promittere castrum Budue cum suis juribus et pertinentiis, ac confinibus suis, et cum his salinis quas tenebat praefatus condam dominus Balsa, et ducatos mille sibi annuatim ut supra solvendos, et ipsum locum Lustizae, ut cum gratia dei veniatis ad bonam conclusionem pacis et concordiae.

Circa partem autem Andreae Humoiae cum centum domibus, ut supra in capitulo continetur, volumus quod debeatis cum illis verbis et rationibus, quae vobis videbuntur, in totum et per totum lutanare et retrahere vos a tali pratica, faciendo omnem possibilem experientiam, concludendi iuxta deliberationem nostram superius declaratam, pacem et concordium sine dicto capitulo, quia sumus informati, quod tale capitulum non faceret pro nostro dominio, et posset esse per tempora valde damnosum loco nostro Scuiari; quando autem facta omni possibili experientia, non possetis obtinere intentionem nostram

praedictam, et videretis ob hoc restare pacem, ob carentiam cuius veniretis dubitare de galeis et gentibus nostris, quia essent expiratae treuguae, et timeretis posse claudi, seu iam videretis vos clausum ex fortiliciis et stricturis factis per gentes inimicas, et non posse descendere sine periculo; in hoc casu, quia super omnia diligimus securitatem galearum et gentium vobis commissarum, relinquimus in libertate vestra condescendendi etiam ad capitulum praedictum, faciens mentionem de Andrea Humoie, cum illis centum domibus prout continetur in illo, habendo semper in omni casu bonam et diligentem advertentiam, prout de fidelitate vestra plene confidimus, faciendi et concludendi iuxta hanc nostram deliberationem, per illum modum, qui pro bono status nostri vobis melior et utilior apparebit. Nec revocamus propterea, quando ad pacem et concordium non veniretis, libertatem per alias nostras literas vobis missam, veniendi ad trenguas, quam vobis mittimus his inclusam.

Et quia videmus tempus fore breve respectu termini treuguarum, volumus quod esse debeatis cum domino Georgio et petere prorogationem treuguarum, usque ad adventum nobilis viri ser Marci Barbadico provisoris nostri Catari, ut ipso applicato illuc, possitis ambo simul exequi suprascriptum nostrum mandatum, quem ser Marcum debe-

atis advisare ut fuerit opportunum. Quando vero nollet ipsas prorogare, vel esset aliqua alia causa, ex qua videretur vobis non differre, relinquimus in libertate vestra, quod intretis ad faciendum executionem dictae pacis, prout vobis videbitur, secundum quod superius continetur.

(Alii aliter voluerunt, sed pars haec capta fuit).

Secr. consil. rog. Lib. VIII. ch. 119.

CCCLXXX. 1423. 6 Augusti.

Наставленѣ за Іоанна Ђеорђіо, посланика Млетачкогъ пдућегъ къ великомъ войводи Сандалу. (Скраћено.)

Cum die mensis Junii elapsi captum fuerit in isto consilio, quod mitti deberet ad praesentiam magnifici domini Sandali, unus noster ambassiator, qui etiam si esset necesse iret ad dominum despotum Rassiae, et electus fuerit nobilis vir ser Johannes Georgio, et sit necessarium mittere dictum nostrum ambassiatorem, pro veniendo ad bonam conclusionem cum dicto domino Sandali, pro bono et quiete civitatis Catari. Vadit pars, quod fiat comissio nobili viro ser Johanni Georgio, ambassiatori nostro in hac forma:

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi .... ire debeas ambassiator noster ad magnifi-

cum dominum Sandali, cui praesentatis . . . . . debeas suae magnificentiae dicere et exponere, quod sicut sua magnificentia scit fuisti ad praesentiam suam de nostro mandato, scit etiam praticas quas secum habuisti super factis civitatis nostrae Catari, et ideo te misimus ad praesentiam suam, pro veniendo et ponendo bonam conclusionem his, quae inter magnificentiam suam et te nostro nomine praticata sunt; et tetigisti quod dictus dominus Sandali erat contentus, quod caravane possent venire ad civitatem nostram Catari, videlicet: quod esset in libertate earum, veniendi Catarum et eundi ad alias terras, sicut eis placeret; sumus contenti sicut alias tibi dedimus in mandatis, quod dictae caravanae sint in libertate sua, possendi ire quo volent, et quod itinera de inde veniendi ad civitatem Catari sint aperta et secura, quibuscunque volentibus ad dictam civitatem venire; et ob istam causam damus tibi libertatem possendi promittere singulo anno de introitibus salis camerae nostrae Catari ducatos sexcentos, de qua quantitate ducatorum sexcentorum retulisti eundem dominum Sandali remansisse contentum; sed volebat, quod adderetur in concordio fiendo, quod si serenissimus dominus suus rex Bossinae, vel dominus Turchorum dicto Sandali committeret, quod iret vel mitteret gentes suas in subsidium domini

despoti cognati sui, contra nostrum dominium et terras nostras Albaniae, quod hoc facere posset, remanente civitate Catari in pace, secundum formam concordii quod fecisset, et habente eo provisionem suam secundum formam concordii, quia non faciet, nec permittet facere, aliquam novitatem civitati Catari praedictae; propterea si de tali additione ponenda in concordio quod faceres, tibi faceret mentionem, et velet quod poneretur in dicto concordio, debeas respondere et dicere, quod hoc non esset iustum nec conveniens, quod in partibus Albaniae esset inimicus noster et guerizaret cum nostro dominio, et in partibus Sclavoniae amicaretur nobis, et ista non conveniunt, quod sit amicus et inimicus in uno eodem tempore, et insta, quod a tali petitione se removeat cum illis pertinentibus verbis et rationibus, quae tuae sapientiae videbuntur. Et si hoc obtinere poteris bene quidem, quando autem non, damus tibi libertatem condescendendi secundum conditionem suprascriptam, et faciendi quomodo melius poteris.

Et quia dictus dominus Sandali requisivit, ut dignaremur eidem concedere certas suas domos, quas habet in Cataro et in Jadra, quae alias sibi fuerunt donatae, de quibus domibus contentus erat stare gratiae nostri dominii; si dictus dominus Sandali tibi similem requisitionem faceret, debeas

respondere, quod sicut suae magnificentiae notum est, dictae domus sunt ruinatae et nullius utilitatis, et quod propterea velit sua magnificentia a tali requisitione desistere; et si pur staret constans, placet nobis quod condescendas, quod sumus contenti, quod habeat suam domum in Cataro, quae alias sibi donata fuit.

Insuper sicut scis dictus dominus Sandali habet et tenet captivos quatvor cives Catarinos . . . . placeat liberare debeas instare . . . quia iniustum esset, quod esset nobiscum in pace et teneret dictos cives Catarinos captivos, ... quando autem illos relaxare nec liberare vellet, si de aliis tibi comissis eris in concordio, non restes propter hoc de veniendo secum ad conclusionem.

Insuper quia nobilis vir ser Fantinus Maripetro, habere debet ut nobis exposuit, certam quantitatem denariorum a domino rege Bossinae, predecessore regis praesentis, et si casus daret, quod te reperires ubi esset dominus rex, debeas procurare penes dictum dominum regem, quod idem ser Fantinus habeat illud quod habere debet. Et si non reperires te ubi esset dominus rex, debeas rogare dominum Sandali, quod velit esse propitius et favorabilis penes dominum regem Bossinae, quod dictus ser Fantinus possit ad recuperationem suorum denariorum pervenire.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 120.

CCCLXXXI. 1423. Ind. I. 12. Augusti.

Уговоръ мира, заключенъ између дужда одъ Млетака, и деспота Србскогъ Стефана, као и Ђорђа Вуковогъ Бранковића.

Instrumentum pacis confectum inter ducale dominium Venetiarum, et illustrem dominum despotum Stefanum ducem Rassie, et magnificum dominum dominum Georgium quondam Vulchj etc.

In Christi nomine, Amen; a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, indictione prima, die duodecimo mensis Augusti, in castris magnifici domini Georgii quondam Vulchj, infrascripti quondam Bastiani sancti Sergii, serenissimi ducalis dominii Venetiarum etc. sub papione ejusdem domini Georgii, presentibus magnificis et generosis viris: vayvoda Voyu Juga, vayvoda Scian, vayvoda Aliasbeg, vayvoda Novach, vayvoda Hrebelan Nec non nobilibus viris ser Matteo Leon de Venetiis, ser Jacobo Abramo, Iohane de Caprino, Franceschino de Grossa, Morello de Montio, et Antonio de Fontana, omnibus testibus vocatis et rogatis etc. etc.

Cum jam diu guere et guerarum turbines ac discordie in partibus Albanie Dalmatieque atrociter insurexerint ac viguerint,

inter serenissimum et excelentissimum prin cipem et dominum dominum F r a n c i s c u m F o s c a r i dei gratia ducem Venetiarum etc. ejusque illustrissimum ducale dominium ac col ligatos adherentes recomendatos fautores com-plices sequaces fideles et subditos suos ex una parte, et illustrem et excelsum dominum d e s-p o t u m S t e p h a n u m, eadem gratia ducem Rassie etc. et suprascriptum magnificum do-minum dominum G e o r g i u m ac colligatos adherentes recomandatos fautores complices sequaces fideles atque subditos et vassallos suos ex parte altera. Pro quibus quidem differentiis guerris rixis et guerarum turbinibus et discor-diis sedandis, ac pace amore concordio et treu-gis seu indutiis et substentamentis, tam in per-petuum quam ad tempus, inter ipsas partes ce-lebrandis perficiendis et confirmandis, ante-fatus illustrissimus princeps et excelentissimus dominus dominus Franciscus Foscari inclitus dux Venetiarum etc. et ejus excelentissimum ducale dominium una cum suis consiliis ad so-num campane more solito congregatis, omni modo jure via causa et forma, quibus melius fortius et efficatius potuerunt et possunt, fe-cerunt constituerunt creaverunt et ordinave-runt, magnificum et generosum militem domi-num F r a n c i s c u m B e m b o, pro eodem ducali dominio Venetiarum capitaneum gene-ralem Culphi etc. licet absentem, suum sindi-cum et procuratorem generalem et specialem.

Et specialiter ad tractandam pacem et concludendum perpetuum concordium amorem et treugas seu inducias et substentamenta, tam in perpetuum quam ad tempus, cum prefato illustri domino domino dispote Stephano duce Rassie etc. et ipso magnifico domino domino Georgio, suis propriis nominibus, et nomine et vice heredum et successorum suorum; nec non omnium et singulorum colligatorum adherentium recomendatorum fautorum complicum fidelium sequatium et subditorum ac vassalium suorum, prout et sicut de dicto sindicatu constat publico instrumento scripto et roborato manu providi et discreti viri ser Constantini de Constantinis quondam ser Bartholomei, publici imperiali auctoritate notarii et judicis ordinarii, nec non ducatus Venetiarum scribe, sub presentibus millesimo et indicione, die autem secundo mensis Iulii, et bullato bulla plumbea prelibati domini domini ducis et excelsi ducalis dominii Venetiarum pendente. Ibique antefatus magnificus et generosus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus generalis Culphi etc. pro antefato inclito ducali dominio Venetiarum etc. dicto sindicario et procuratorio nomine ex parte una, et prefatus magnificus dominus dominus Georgius quondam Vulchi, habens similiter plenissimam commissionem auctoritatem et bayliam ut supra, a prelibato illustri et excelso domino domino dispoto Stefano

Rassie duce etc. ut patet per literas ejusdem illustris domini domini dispoti in literis sclavis ad ipsum dominum dominum Georgium delatis, ejusdem illustris domini domini despoti sigilli impensione munitis. Considerantes bene ac diligenter, quanto tempore inter ipsos principes et duces prealegatos eorum predecessores, sine vi sine fraude et sine aliquali livore, sed cum omni prorsus sincera caritate et perfecta extitit amicicia, et pax amena, quia pace in humanis rebus nil principibus delectabilius nil melius, nil tranquilla pace suave, nil civibus atque subditis optabilius. Volentes itaque prelibati magnificus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus generalis Culphi etc. nomine quo supra, et magnificus dominus dominus Georgius quondam Vulchi prealegatus nomine quo supra, pristinas et tam dulcissimas amicitias renovare et indissolubili catena connectere, et firmare, presentesque differentias et gueras rixas et guerarum turbines et discordias sedare, et totaliter removere. In eterni creatoris nomine venerando omnium bonorum amplissimi largitoris, omni modo via jure et forma quibus melius et efficatius potuerunt et debuerunt, ac possunt et debent, devenerunt ad bonum concordium, firmam unionem ac amicitiam et perpetuam pacem, pactis modis et conventionibus et conditionibus in capitulis suprascriptis distinctis et annotatis. Quorum capitulorum tenor talis est, videlicet.

Primo, che la serenissima et excelentissima regal signoria de Veniexia, habia tegna e posseza la cita de Scutari cum tuto el suo destreto de fora Scutari et de soto Scutari. Vescovado confini territorii raxon et pertinentie, excepto che Andrea Humoe remagna de una terza persona, zoe de vayvoda Radosauo vayvoda de Drivasto, cum cento case de vilani al dito Andrea suso el monte, el qual vayvoda Radosauo recolga le frue de tute raxon del dito Andrea Humoe, e questo perfina a tanto che l'inclita dogal signoria de Veniexia determinera et rescrivera al rezimento de Scutari, se la vuol far cambio col dito signor Zorzi, et accetar altretante del destricto de Drivasto, in luogo de le case predicte del deto Andrea, et in quanto che la prefata serenissima ducal signoria de Veniexia non volesse far el cambio predicto, che tunc et in eo casu, el dito signor Zorzi nomine quo supra, diebia restituir liberamente el terreno e le intrade cum le possession e case predicte del dito Andrea, ala antefata inclita ducal signoria de Veniexia. Dulcigno cum el suo destreto, Cataro cum el suo destreto, chomo ha habudo e tegnudo al tempo del signor Zorzi Stracimir e del suo fiol misser Balsa, franchamente siano de la prefata inclita signoria de Veniexia, li quali la antefata inclita ducal signoria de Veniexia tegna e poseza quieta e pacificamente jure proprie-

tario perpetuo et in perpetuum, senza alguna novitade impazo ne molestia da esseti fata per alguno modo via forma raxone, cum casone da li predicti signori dispoto e signor Zorzi ne de alguno suo adherente subdito complice seguace recomendado ne vassallo. E ali signori predicti remagna Drivasto, Antivari, e per lo simile diebiano esser messi in possession del castel de Budua, e de le saline, che fu del signor Balsa, e cum tuti suo confini raxion e pertinentie, le quale aveva et ha habudo soto et tempo de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia. E tuto quelo haveva habudo e possedudo el signor Zorzi Strazimir, el suo fiol misser Balsa, excepto le dite citade cum li soi confini vescovadi territorii raxion e pertinentie, cum questo modo e condition, chel dito signor Zorzi nomine quo supra, non habia a fare alguna cosa, ne habia alcuna iurisdicion over raxon in el fiume over in laqua de la B o i a n a, ne possa per algun modo via forma e raxon over caxion fabricar apresso el dito fiume, ne fare over lassare fabricar forteza alguna over castello, apresso a la riva del dito fiume, per uno mio infra terra, intendendo questo da bocha del fiume zoe da bocha del lago per fina in la marina, segondo come va el dito fiume de la Boianae. El qual fiume remagna libero e francho cum tute sue raxon e pertinentie, de la prefata inclita ducal signoria de Veni-

exia. Item, chel prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, sia tegnudo e debia desfar e brusar le bastie fate suso la riva del dito fiume de la Boiana ala scalla, over al stretto. E per lo simele, lo prefato misser lo capitaneo diebia fare desfare e spianar la bastida fata per mezo la bastia de Santo Sergi da laltro ladi de la Boiana. Item, perche el prefato signor misser Zorzi domanda per soi subditi i Pastrovichi, i quali el prefato misser lo Capitaneo non ha libertade de darli etc. sono stati e de presente sono de piam concordio i prefati signori, che i Pastrovichi remagnano in determination de la prefata serenissima ducal signoria de Veniexia e del prefato illustre principe de despoto. Item, che tuti i presoni che sono stadi presi si per l'una parte chomo l'altra, dal principio de le predicte discordie e novitade, sono state inter la prefata inclita signoria de Veniexia, e li signori predicti, tuti per una parte e per l'altra, siano lassadi de presente de Thomaso Schiavo, el qual za fo menato per prixone in Schiavonia. El prefato magnifico signor Zorzi promette sopra la fede sua de far juxta sua possa, chel sia lassado.

Item, che per algun muodo via forma raxon over caxon, tanto la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, e li soi oficiali, quanto i prediti signori et li soi officiali et etiamdio li soi adherenti complici sequaci subditi reco-

mandadi e vassalli de le parte predite, non possano tuorse luna parte a laltra, pian ne recevere alguna citade luogo ne forteza, per tradimento ne per alguno altro muodo ne insegno, soto fede de sacramento e de la pena sotoscrita.

Item, che conscio sia cosa, che Nicha Herman di Pamaliotti, suddito de la prefata inclita signoria ducal de Veniexia, durando el termene de le presente triegue, ogni altro fallo e tradimento posponudo, habia assassinado e amazado tre homeni del signor Zorzi, contra i pati de la triegua e contra el sacramento e la fede data per lo prefato misser lo capitaneo, e per lo magnifico misser Marco Barbarigo, honorevole provededor de Cataro, attento el predito delito perpetrado, si etiamdio a petion del prefato magnifico signor misser Zorzi, romaxe de acordo de le parte predicte, chel dito Nicha Herman non debia stare ne habitare apresso a Scutari a cento megia, per fina a tanto, che la prefata inclita ducal signoria non seria fato sententia sovra el dito vayvoda Nicha. Item, se caso fosse, et intravegnesse, che alguno homo de che condicion e mainiera se sia, ferisse over amazasse, involasse over robasse, o altro delito facesse, e fosse homo de la signoria o de li diti signori, li officiali de luna parte e de latra insieme iustamente debiano cognoscer et sententiare.

Item, che i diti signori per lor o li suo

heredi et successori habiano mille ducati d' oro over tante monede ogni ano, da la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, de le intrade de Scutari, in el zorno de la festa de la nostra dona d' Agosto. E che per neguno special debito ne casone non siano sequestradi intraditi ni ritegnudi li diti ducati over denari. Item, che tuti i cittadini, tanto queli de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, quanto de i diti illustre signor dispoto, et magnifico signor Zorzi, e tuti i altri complici e seguaci e adherenti e recomandati, subditi e vassalli de una parte e de l' altra, possono andare et usare per i luogi e cita e tenuto si de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, como de i diti illustre signor dispoto e magnifico signor Zorzi, stare mercantare vendere compare ogni mercantia, che a lor piaqua, si chomo vendere et compare posso tuti i citadini complice seguace e adherenti, subditi e vassalli e recomandadi de lo prefato signore, in le terre de le signorie, senza alguna contradicione ne molestia de alguna de le parte predicte. Item, se caso fosse, che ai predicti illustri signori despoto e magnifico signor misser Zorzi besognasse o piacesse a lor e li soi homeni, de que condicion se sia, de passar con zente o senza per le citade e luogi de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, che liberamente possano passare per le citade e luogi de la antefata excelentissima

ducal signoria de Veniexia, et possano andare in ogni luogo ecitade, dove a i diti signori over a i soi homeni parera e piasera, senza contradicion ne novitade de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, ne de li soi officiali. Item, se alcuno homo de que mainiera e condicion se sia, per ogni muodo o caxone che se voia scampasse e fucisse da i luogi e terre de la prefata inclita signoria de Veniexia, intro i luogi e terre de li prefati illustre principe despoto e magnifico signor Zorzi, i prefati signor e soi officiali siano tegnudi di restituirli a la prefata inclita signoria de Veniexia, cum ogni aver e roba, che havesse portada via, e versa vice la prefata inclita signoria de Veniexia cum li soi rectori et officiali el simele debiano fare a li prefati signori e ali soi officiali e rectori. Item, che tuti i citadini de la prefata signoria de Veniexia et altri homeni, de que maniera e condicion se siano, i quali ano possession personali o materiali o compre o dote case vigne e campi et ogni altre possession, dentro dai luogi confini et citade de li diti signori, liberamente possano haver tegnir golder e posseder, le dite lor possession pagando el dreto de li prefati signori. E versa vice li homeni de i diti signori possano fare entro i luogi citade e tenimenti de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia. Item, domanda el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra,

che si per caso li bisognasse andar per mar contro i Turchi o altri soi inimisi, che la prefata inclita ducal signoria de Veniexia li conceda de speciali gratia, per fina a sie galie; le qual galie i diti signori possano armar a tute sue proprie spese dentro de Veniexia, over in altro luogo, unde si fossero assegnade per tanto tempo e tante volte parera esse licito a la prefata ducal signoria de Veniexia. E questo domanda de don e gratia speciale, alla quale domanda el prefato magnifico misser lo capitaneo se offerse a tuta sua possa de fare si, che la prefata serenissima ducal signoria quelo concedera, non dubitando che questo non sia ben concesso da essa ducal signoria de Veniexia. Item, domanda el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, che per l' antefata inclita ducal signoria de Veniexia debiano esser ratificati e confermadi tuti i privilegj fati da essa ducal signoria si al padre de l' illustre signor despoto, chomo al padre desso magnifico signor Zorzi, per lor e per li soi heredi e successori.

Quam pacem unionem, et concordium, ac omnia et singula suprascripta, et contenta in capitulis suprascriptis, prefatus magnificus dominus dominus Georgius per se et suos heredes, ac nominibus quibus supra, ex parte una, et prefatus magnificus miles dominus Franciscus Bembo capitaneus prealegatus no-

mine quo supra, ex parte altera, juraverunt ad sancta dei Evangelia supra anchonam et figuram domini nostri Jesu Christi crucifixi manutactis, quod semper et omni tempore firma et rata, pariter atque grata habebunt, et tenebunt omnia et singula suprascripta, ac ipsa attendent et observabunt, ac attendi et observari facient perpetuo et in perpetuum, sub vinculo sacramenti suprascripti, et sub pena ducatorum centum millium solvendorum per partem non attendentem parti attendenti, et observare volenti: qua pena semel vel pluries commissa vel non, et soluta vel non, tamen omnia et singula suprascripta semper et omni tempore in sua permanebunt roboris firmitate.

Ego Nicolaus de Arcilupis de Kataro, imperiali auctoritate iudex ordinarius et publicus notarius, et prelibati illustris et excellentissimi principis et domini domini despoti Stefani Rassie ducis, et prefati magnifici et excelsi domini domini Georgii scriba. Quia omnibus et singulis suprascriptis una cum prenominatis testibus interfui rogatus, ideo scripsi et publicavi, et in hac forma publica redegi, signo quoque et nomine meis solitis et consuetis, una cum prefati magnifici domini Georgii impensione sigilli roboravi.

Commemoriale XI. ch. 112.

CCCLXXXII. 1424 17. Maii.

Дуждъ Франценко Фоскари потврђује капитулацію Паштровића.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, presentes literas inspecturis, facimus manifestum. Quod cum per virum nobilem Franciscum Bembo militem, de nostro mandato capitaneum generalem Culphi, cum nobilibus Pastrovichis conventum fuerit, ac perventum ad suprascripta capitula et conventiones, cum nostro se submiserunt dominio, et fidelitatis prestiterint sacramentum. Nos de ipsorum nobilium Pastrovichorum fidelitate quam plurimum informati, prelectis prius ac diligenter examinatis ipsis capitulis, nostrorum consiliorum solemnitate servata, eadem duximus tenore presentium ratificanda et approbanda. Quorum quidem tenor est ut supra. In quorum fidem et evidentiam pleniorem presentes fieri jussimus et bulla nostra argentea pendente muniri.

Data in nostro ducali palatio, die XVII. Maij millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

Commemoriale XI. ch. 112.

CCCLXXXIII. 1424. 17. Juni.

Писмо краљу Босанскомъ.

Quod scribatur serenissimo domino regi Bossinae in hac forma, videlicet:

Accepimus nuper letanti animo et libenter audivimus literas vestrae maiestatis, in quibus facta mentione de prava intentione Turchorum, significat vestra serenitas, promissa hinc inde non fore postponenda ymo servanda; quibus intellectis respondemus; et primo ad partem novitatis Turchorum, quod certe illam audivimus displicenter, nam de celsitudine et statu vestris optamus continue sentire et audire idmet, quod de nobis et statu nostro proprio videre et habere vellemus, sperantes duce domino, excellentiam vestram sapientissimam, pravitati eorum opportune providisse, et ita in posterum sufficienter et bene provisuram. Ad partem autem de promissis servandis et cet. dicimus, quod accepta per antea quadam copia unius litterae vestrae celsitudinis, missae per illam viro nobili Jacobo Georgio comiti nostro Tragurii, per quam serenitas vestra nobis noticiam praebuit ob guerram et novitatem Turchorum, nequivisse ad tempus statutum adimplere promissa, destitimus prosequi etiam nos dicta causa, et ad praesens nobis non apparet tempus habile ad negotium praedictum, parati letanter ad quaecunque excellentiae vestrae grata et accepta et bono animo.

Secr. cons. rogat. Lib. VIII. ch. 158.

CCCLXXXIV. 1424. 7. Julii.

Заключено писати управительнима Задра, да бране Сплићане одъ Полићана, а войводи Сандалу, да забрани Полићанима нападати на Сплићане. (Скраћено.)

Quoniam comes et comunitas nostra Spalati scribunt, quod Polizienses quotidie invadunt et damnificant territoria et subditos nostros Spalati, in personis et bonis suis, et nolunt se aliqualiter abstinere . . . . . vadit pars: mandetur rectoribus nostris Jadrae, quod debeant . . . . vigilare ad defensionem . . . . subditorum nostrorum Spaleti . . . . . contra dictos Polizienses et alios . . .

Et insuper scribatur per nostrum dominium domino vaivodae Sandali, in illa forma quae fuerit opportuna ad hoc, ut dicti Polizenses se abstineant a damnis et offensionibus suprascriptis.

Secr. cons. rogator. Lib. VIII. ch. 161.

CCCLXXXV. 1424. 26. Augusti, in Plana.

Толкующи или попуняваюћи додатакъ къ уговору мира између Млетака и деспота Србскогъ

Questa si e la pratica havita sora la declaration di capitoli de la paxe, pratica per magnifico signor Zorzi quondam Vulchi etc. e magnifico, et generoxo misser Francisco Quirini, per la ducal signoria de Veniexia

capitano a le parte d' Albania, e special sora i capitoli sotoscriti, de li qual el tenor si e questo;

Item, se contien in uno de li capitoli de la dita paxe, che se algun homo de que condicion e maynera se sia, ferisse over amazzasse, involase over robasse, o altro delicto facesse, o fosse homo de la signoria o de li diti signori, li officiali de una parte, e de laltra insiema, instanter debiano conoscer et sententiar etc.

A questo el prefato magnifico signor per se et per nome del illustrissimo signor despoto, sie contento che sora dito capitolo sia declarado per quello modo parera a la prefata signoria de Veniexia, et alli messi delli prefati signori che andera a Veniexia.

Item, che tuti i citadini tanto quelli de la prefata inclita signoria de Veniexia, quanto de li diti illustre signor despoto et magnifico signor Zorzi, et tuti altri complici e seguaci adherenti e recomandati subditi e vassali de una parte e de laltra, possano andare e usare per i luogi e citate e tenute, si de la prefata inclita signoria de Veniexia, como de i diti illustri signori despoto et magnifico signor Zorzi, stare mercantizare vendere comprare ogni mercadantia, che a lor piaxera, si chomo vendere et comprare pono tuti i citadini complici seguaci et adherenti, subditi et recomandadi et vassali de le

prefate signorie, in le terre de le lor signorie, senza alguna condicion ni molestia de alguna de le parte predicte, declarato per le sovra dite parte, che non s' intenda per li publici traditori, i quali sarano dati in nota per una parte et per l'altra.

Item, che tuti i citadini de la prefata signoria de Veniexia, et altri homeni de che mainiera et condicion se siano, i quali ano possession paternali e maternali, compre o dotte, case o vigne e campi et ogni altra possession dentro dai luogi confini et citade de li diti signori, liberamente possano haver et tegnir, golder et possieder le dite lor possession, pagando el dredo de li dite signori. Et versa vice li homini de li diti signori possano fare entro i luogi citade et tegnimenti de la prefata inclita signoria de Veniexia. Declarato fo el capitolo per le parte sovrascrite, che questo capitolo non habia luogo per li publici traditori, i quali saranno dati in nota per una parte per l'altra. Et per fermeza de zo fo soto sigilladi de li sigilli de le sora dite parte. Data in Plana, die XXVI. mensis Augusti, millesimo quadringentesimo quarto.

Commemoriale XI. ch. 113.

CCCLXXXVI. 1425. 9. Augusti.

Одговоръ датъ посланику великогъ войводе Сандала, на нѣгова закгеваня.

Quod ambaxatori magnifici domini

Sandali, magni vaivodae Bossinae, respondeatur in hac forma:

Et primo ad primum capitulum, per quod ex parte dicti magnifici domini Sandali, significatur nostro dominio, pacem et unionem secutam esse inter dominum regem Hungariae et dominum regem Bossinae etc. Respondemus: quod cognoscimus bonam affectionem et dilectionem, quam dictus dominus Sandalus habet erga nostrum dominium, et reddimur certi, quod semper omnia quae cognosceret posse reverti in incommodum nostri dominii, nostro dominio notificaret, tamquam bonus amicus noster, prout viceversa notificaremus suae magnificentiae, et de ista sua significatione suae magnificentiae amicabiliter regraciamur.

Ad id, ad quod hortatur nostrum dominium, qud velimus aquirere provinciam Polizensem, et salinas quas tenet comes Johannes de Citines, quae spectant nostro dominio causis per eum significatis nostro dominio; respondemus, quod non sumus informati prout esset necessarium, de modo servando in aquirendo res praedictas, quia licet sciamus res praedictas de jure spectare nostro dominio, tamen non adhibuimus ad hoc cogitamina nostra, sed deliberavimus velle informari circa hoc, a rectoribus nostris de inde, et habita eorum informatione, postea faciemus illam deliberationem, quae nobis videbitur superinde.

Ad secundum capitulum, per quod rogat nostrum dominium, ut dignemur providere cum Mustafa, quod habeat unum privilegium, per quod eidem confirmat omnes metas et confinia sui paisii, quod tenet et possidet, etc. Respondemus, quod diligentes statum suum tamquam amici nostri carissimi, sumus parati, in quibuscunque possibilibus suae magnificentiae complacere, sed volentes secum loqui, tamquam cum amico nostro carissimo, dicimus, quod sumus certissimi, quod Mustafa, propter favores quos sibi damus, tam in praesenti, quam si succedet ad dominium, semper complaceret nostro dominio de faciendo privilegium praedictum; sed quia posset occurrere, quod dictus Mustafa non prosperaret in dominio, et etiam res Turchorum non stant bene secrete, esse posset, quod hoc perveniret ad notitiam Morathbey, et remanente in dominio dicto Morathbey, posset esse nocivum dicto magnifico domino Sandali, requisivisse a dicto Mustafa privilegium praedictum, et propterea consulendo sibi tamquam amico nostro carissimo, quia statum suum nostrum reputamus, nobis videtur utilius fore et securius pro dicto domino Sandali, expectare qualiter facta dicti Mustafae succedent. Nihilominus sumus parati et in praesenti et in futuro, prout deliberabit, sollicitare de habendo dictum privilegium, quia sumus certissimi, quod in omni

tempore illud habebimus a dicto Mustafa, quo habito illud magnificentiae suae secundum eius requisitionem transmittemus.

Ad tertium capitulum, de renovando amicitiam cum domino d u c e M e d i o l a n i etc. Respondemus quod cum domino duce Mediolani sumus in pace, et licet consideremus dominium dicti S a n d a l i multum esse remotum a dominio dicti domini ducis Mediolani, [tamen magnificentia sua potest deliberare de renovando vel non renovando amicitiam cum dicto domino duce, ut sibi placet, quia omnis sua deliberatio placebit nostro dominio.

Alii volunt suprascriptum capitulum usque[et postea dicatur: et talis innovatio amicitiae non posset esse nisi cum expensa et damno suo, consulendo sibi amicabiliter, videtur nobis, quod talem innovationem non debeat querere.

Ad quartum capitulum, per quod nos rogat . . . . ut dignemur providere, quod illos s e x c e n t o s d u c a t o s, quos habet annuatim de introitibus C a t a r i, — habeat una vice . . . . . Respondemus, scribemus comiti nostro Catari, quod se intelligat cum domino S a n d a l i . . . . quo tempore habilius congregare poterit dictam pecuniam, et quod in una vel duabus pagis omnino debeat eam dicto domino seu nuntiis suis consignare; et scribemus efficaciter comiti nostro, quod ita debeat observare.

Ad quintum capitulum respondemus, quod iuxta requisitionem suam mandabimus per litteras nostras patentes, quas eidem faciemus consignare, omnibus nostris rectoribus Dalmatiae, quod omnes rebelles suos expellant de terris nostris, et in futurum dictos suos rebelles acceptare nec tenere debeant.

Secr. cons. rogat. Lib. IX. ch. 32.

CCCLXXXVII. 1425. 20. Augusti.

Одговоръ по́сланицима Ђорђа Вуковогъ Бранковића, нећака деспота Србскогъ, тичући се неки чланака уговора мира, закљученогъ између Млетака и деспота Србскогъ.

Cum ambassiatores domini Georgii de Vulcho, nepotis domini despoti Rassiae, fuerint ad praesentiam nostram, et cum dictis ambassiatoribus facta fuerit pratica, et dicti ambaxatores multas differentias moverint, super pace facta inter dominum despotum et nostrum dominium, et ultimate venerint ad tres differentias: primo petentes ducatos mille pro Cataro; secundo petebant Pastrovichos; et tertio quod procedatur contra Nicham Armano. Et dicti ambaxatores fuerint ad praesentiam dominii, et per serenissimum dominum ducem dictis ambaxatoribus super dictis tribus differentiis multum fuerit declaratum, dictum dominum Georgium non iuste petere, quia non erat justum, quod nos, nec dominus suus,

essemus judices istarum differentiarum, eramus contenti quod dictae duae differentiae ducatorum mille pro Cataro et de Pastrovichiis, determinari deberent per unam tertiam personam, quia nostra dominatio non volebat nisi illud, quod iustitia requirebat; et dicti ambaxatores dixerint et responderint, quod non possunt se removere a requisitione dictorum ducatorum mille, nec a requisitione Pastrovichorum, nec etiam habent libertatem standi juri, compromittendi in tertium, et petierunt licentiam cum instantia possendi recedere, et concluserunt, quod placeret nostro dominio unum ex nostris mittere ad praesentiam domini sui, ad declarandum dicto domino suo hanc nostram intentionem: Vadit pars: quod iterato mitti debeat pro istis ambaxatoribus, et eis dici debeat, quod nostra dominatio, cupiens cum illustri domino despoto et magnifico domino Georgio pacifice et amicabiliter vivere; tamquam cum fratribus et amicis nostris, super differentiis quas fecerant super pace, existente inter dominum despotum et nostrum dominium eis responderamus, quod contenti eramus stare terminationi unius tercii, dicto domino despoto et nobis fido; videlicet super differentia ducatorum mille pro Cataro, et super facto Pastrovichorum, utrum debebant remanere dicto domino despoto, vel nostro dominio, et sic eis dicimus ad praesens. Verum

si hoc acceptare volunt, videlicet quod dictae differentiae terminari debeant per unam terciam personam, de hoc remanemus contenti, quando autem non, et ipsi ambaxatores vellent alia dicere pro bona conclusione et remotione differentiarum praedictarum, ipsi possunt aperire intentionem domini sui, ut possit bona conclusio poni differentiis praedictis.

Et si dicti ambaxatores aliqua proponent ultra ea quae dixerunt, eis responderi debeat cum verbis pertinentibus et necessariis, et veniri debeat ad istud consilium, pro respondendo dictis ambaxatoribus ad ea, quae de novo dixerint, sicut isti consilio apparebit.

Si vero dicti ambaxiatores responderent non habere libertatem ad aliud condescendendi, quam quod dixerint, eis dici debeat, postquam non habent libertatem condescendendi, nec se compromittendi in tertium, nos mittemus ad praesentiam suam nostrum ambaxiatorem.

Secr. cons. rog. Lib. IX. ch. 34

CCCLXXXVIII. 1425. 3. Septembris.

Наставленѣ за Францешка Квирини, посланика къ Ђорђу Бранковићу, како да се погоди съ овимъ о некимъ чланцима уговора мира, кои нису іошъ у дело приведени.

Cum in responsione facta ambaxiatoribus magnifici domini Vulchi, quia cum illis non fuimus concordes, eis au-

toritate huius consilii promissum fuerit, quod mitteremus nostrum ambaxiatorem ad praesentiam ipsius domini Georgii, et bonum sit superinde providere; vadit pars, quod scribatur viro nobili Francisco Quirino, capitaneo nostro partium Albaniae, in hac forma, videlicet:

Fuerunt ad praesentiam nostram duo ambassiatores magnifici domini Georgii, quondam domini Vulchi, qui sub litteris credentiae praefati domini sui, parte sua exposuerunt nostro dominio, qualiter per eundem eorum dominum ad praefatum dominium nostrum fuerant destinati, pro complemento et bona executione pacis, alias celebrate inter illustrem dominum despotum et dictum magnificum dominum Georgium ex una parte, et nostrum dominium ex altera, cum certae res contentae in celebratione dicte pacis non fuerint observatae; quibus quidem oratoribus auditis, fuerint per nostrum dominium deputati auditores; quibus auditoribus dicti ambassiatores petierunt, quod per nostrum dominium deberent dari dominis suis, a die celebrationis pacis praedictae usque ad festum sanctae Mariae proxime praeteritum, ducati mille in anno, juxta continentiam dictae pacis. Item tenuta castri Budue et eius districtus. Item salinae quae fuerunt condam Balsae. Item Pastrovichos, et ulterius petierunt, quod Nichemar per

nostrum dominium puniretur pro excessu commisso tempore sufferentiarum. Ex adverso autem per auditores nostros sibi deputatos, responsum fuit, quod secundum continentiam dictae pacis eorum domini tenebantur et obligati erant, restituere nostro dominio domos Andreae Moia, districtus nostri Scutari; similiter tenebantur praefati domini, de restituendo et assignando illam partem districtus Catari, quam tenebant, et ulterius debebant deliberare de captivitate omnes captivos Pastrovichorum, qui erant in manibus praefatorum dominorum suorum, quas quidem res faciendo prefati domini eorum, et respondendo nostro dominio de usufructibus domorum Andreae Moia, et de eo quod tenebant de districtu Catari, videlicet de contrata Zupe, a celebratione pacis citra, prout dicti eorum domini tenentur, et prout nomine nostri dominii, praedicti eorum domini requirebantur, ipsa nostra dominatio erat parata de dando eisdem dominis suis, pro tempore praeterito a die celebrationis dictae pacis citra ducatos mille pro quolibet anno praeterito, quos nostra dominatio tenetur dare quolibet anno in festo assumptionis beatae virginis, erat etiam parata sibi assignare castrum Budue et eius districtum, ac etiam triginta quatvor salinas, quae fuerunt condam domini Balsae; de ducatis autem mille, quos petebant annuatim pro Cataro et districtu,

mirabatur dominatio nostra, cum ex forma pacis praedictae, pro tali causa nullatenus obligetur. Ad partem autem Pastrovichorum, eis responsum fuit, quod sicut sciebant in contractu pacis, praefatus magnificus dominus Georgius volebat, quod dicti Pastrovichi sibi darentur, quod nobilis vir Franciscus Bembo miles, tunc capitaneus noster ad celebrationem pacis praedictae deputatus, recusabat facere; tandem ne tantum bonum restaret, conventum fuit inter partes, quod dicti Pastrovichi deberent sic stare, quousque per illustrem dominum despotum, et nostrum dominium fieret deliberatio superinde, et quod certe dominatio nostra erat disposita complacere praefatis eorum dominis in longe maioribus, dummodo posset facere sine praeiuditio honoris sui. Cum igitur dicti Pastrovichi habuerint promissiones a nostro dominio, quod non assignaret eos dictis dominis, nec alicui alii domino, sed retineri debeant per nostrum dominium, sub eius dominio, dominatio nostra ipsorum ambaxiatorum requisitioni nequiret annuere sine praeiuditio honoris nostri. Quare eos rogabamus, quod vellent remanere contenti, quod dicti Pastrovichi nobis remanerent, ad quod sperabamus eorum dominos debere contentari rationibus superius dictis. Ad partem autem Nicherman, responsum fuit, quod per nostrum dominium fuerat processum contra ip-

sum Nichemar, prout nostro dominio apparuit convenire. Quibus quidem responsionibus intellectis, dato quod praedicti ambassiatores fecerint aliquam difficultatem circa castrum Stipanice, dicentes quod per nuntios utriusque partis videretur, si dictum castrum foret intra terminos, nobis assignaretur, sin autem remaneret eorum dominis, et per auditores per nos deputatos, fuisset responsum, quod per nuntios praefati domini in simul cum nostris, bis visum fuerat et repertum dictum castrum Stephanice fore totum sive pro maiori parte in iurisdictione nostra, ita quod non erat necesse, ut hoc amplius videretur; et dictis per utramque partium multis verbis superinde, demum dicti ambaxiatores contentarunt, ut dictum castrum ruinaretur, contentarunt insuper et promiserunt, nomine praefatorum dominorum suorum, quod nobis restituerentur et assignarentur domus centum Andreae Omoye, districtus Scutari, et contrata Zuppe districtus Catari, ac etiam usufructus dictarum domorum centum et contrate Zuppe, a tempore celebrationis pacis usque ad diem consignationis praedictarum rerum. Et ad factum Nicherman post factam aliquam punctam, etiam remanserunt taciti; sed ad partem ducatorum mille, quos habere praetendunt annuatim pro civitate et districtu Catari, minime contenti remanserunt, allegantes

dictos denarios habere debere, cum in instrumento pacis contineantur haec verba, videlicet: Dolcegno chon el so destreto, e Cataro chon el so destreto, come ha abudo e tegnudo al tempo del signor Zorzi Strazimir e del suo fiuol miser Balsa, franchamente siano de la prefata signoria de Veniexia, liqual la antilata inclita dogal signoria de Veniexia, tegna e posseza quieta e pacificamente iure proprietario perpetuo et in perpetuum, senza alguna novita impazo ni molestia etc. Alegabant igitur dicti ambassiatores, quod cum tempore domini Georgii et domini Balsae eius filii, Catarini solvissent ducatos mille annuatim, et quod in instrumento dicatur, quod Catarum retineatur per nostrum dominium uti tenebatur tempore domini Balsae, inde concludebatur, quod per nostrum dominium dari deberent dominis suis ducati mille annuatim. Ex adverso pro parte nostra respondebatur eis, hoc nullo modo posse intelligi, quia in velle praetendere habere ducatos mille annuatim, necessario poni debebat et fieri mentio per expressum in instrumento, prout factum fuit in ducatis mille, quos nostra dominatio eis dare promisit annuatim in die assumptionis beatae virginis de introitibus Scutari. Praeterea in dicta parte instrumenti dicitur Catarum cum districtu esse debere nostri dominii franche; si autem solvi deberent pro eo ducati mille

annuatim, haberetur servum et non liberum, inde sequitur, quod hoc nullo modo potest intelligi, sed quod illa clausula, videlicet: uti tenebatur, se refferebat ad quantitatem confinium, cum si diceretur absolute Catarum cum eius districtu esse debere nostri dominii, intelligeretur districtus quem antiquitus habebat, quo comprehenderetur Lustiça et multa alia, quae domini sui tenent, uti patet autenticis privilegiis, quae Catarini habent; quam ob rem tenendum est, quod praefatus dominus Georgius voluit dictam clausulam poni, ut nostra dominatio haberet solummodo illam partem districtus Catari, quae tenebatur per Catarinos ad tempus olim domini Georgii Strazimir et domini Balsae eius filii. Unde allegatis his et aliis rationibus, et circa hanc partem et illam de Pastrovichis, et dictis ambaxiatoribus nos non valentibus reducere, nostrum dominium affectuosum pacis et quietis, condescendit ad hunc ultimum modum, videlicet: quod per nostrum dominium et dictos ambaxiatores eligeretur una tertia persona, quae cognoscere haberet circa dictas duas differentias, et quamvis dictis ambassiatoribus videretur, dominationem nostram sancte et juste loqui, attamen assentire noluerunt, allegantes circa hoc non habere libertatem, sed quod irent et refferent hoc domino suo, rogantes nos instantissime, quod ad praefatum dominum suum, nostrum mitteremus

ambaxiatorem, quia sperabant indubie, quod res bonum haberet exitum, unde nos sic contenti fuimus facere. Haec autem omnia volumus vobis fore enarata, ut plene informatus possitis melius deffendere rationes nostras, et per consequens deducere rem ad optatum finem, cum nostris consiliis rogatorum et addicionis vobis scribentes atque mandantes, quatenus receptis praesentibus, debeatis vos intelligere cum praefato domino Georgio, et vos ad eius praesentiam conferre, et praesentatis nostris litteris credentialibus, quas vobis mittimus praesentibus alligatas, et factis amicabilibus salutationibus et oblationibus, prout honori nostro et suo videbitis convenire, ac etiam praesentatis muneribus vobis missis, magnificentiae suae dicere debeatis: quod dum fuissent ad nostram praesentiam spectabiles oratores sui, missi ut dixerunt pro complemento et bona executione pacis celebratae etc. quos certe vidimus alacriter et libenter, intuitu et contemplatione suae magnificentiae, quam habemus et habere intendimus in carissimum fratrem; non valentes remanere secum in concordio, defectu libertatis, ut ipsi dixerunt, sicut dominatio nostra non dubitat ipsos suos ambaxiatores magnitudini suae retulisse, optantes pacem et quietem habere cum omnibus Christianis, et specialiter cum illustri domino d e s p o t o et sua magnitudine, quos ut diximus, habemus et habere intendimus in caris-

simos fratres; etiam rogati a praefatis suis oratoribus, vos misimus ad praesentiam suae magnificentiae, cum plenissima libertate, ut omnis differentia resicatur et aptetur, bene rogamus suam magnitudinem, quod ut dominus, cui convenit uti jure et honestate, velit dirigere mentem suam ad quam libet istarum partium, et habere respectum ad servicia, quae in futurum ei nostra dominatio facere potest, cum illis aliis verbis, quae vestrae sapientiae convenire videbuntur, ut veniatur ad praticam. Et cum veneritis super pratica, volumus quod cum omni instantia debeatis procurare, quod dictus dominus Georgius remaneat contentus, silentium imponere petitioni ducatorum mille, quos petit pro Cataro, et quod Pastrovichi cum suo tenere, remaneant nostro dominio, quod firmiter speramus, quod obtinebitis, cum ipsi ambaxiatores in acceptione a nobis licentia, dixerint, ut adminus providere vellemus, quod Pastrovichi starent in pace et nullam facerent novitatem, ob quod visum fuit, quod quasi iustum eis videretur, quod ipsi Pastrovichi nobis remanerent. Sed factus primo ipsum ratificare res supradictas, videlicet: quod domus Andreae Omoye et contrata Zuppe nobis restituantur cum usufructibus etc. ut superius dictum est. Item quod castrum Stefanice ruinetur, dando nostrum dominium eis ducatos mille de introitibus Scutari annuatim, iuxta formam

pacis, quae omnia possendo obtinere, volumus ut vos intelligatis cum dicto domino, ut mittat personam, per quam fiat executio a parte sua, et quae sit apta recipere executionem fiendam pro parte nostra, quam in hoc casu vobis mandamus, ut integraliter exequi debeatis. Si vero facta omni instantia possibili, dictus dominus ad haec non contentaret, sed vellet pur Pastrovichos ei dari, et de ducatis mille pro Cataro esset contentus inponere stilentium, volumus ut procuretis cum dicto domino, quod per dictos Pastrovichos velit remanere contentus, avantagiare se in pecunia ei danda annuatim per nostrum dominium, ad quod ipso contentante ut speramus, sumus contenti ut promittere ei possitis annuatim quam minus poteris, usque ad summam ducatorum quingentorum. Si vero dictus dominus non attenderet ad avantagiandum se in pecunia, nolumus ut vos apperiatis de hac nostra intentione, sed si in primo casu vel secundo difficultas staret in s a n c t a M a r i a de R o t e z o, quia dominus G e o r g i u s diceret illam esse districtus A n t i b a r i, et illam vellet, habita prius ante vestrum recessum informatione, si dictus locus sanctae Mariae est districtus A n t i v a r i, vel de tenere P a s t r o v i c h o r u m, si eritis clarus ipsum locum fore districtus Antivari, volumus ut propter hoc non restet concordium, quin ymo contentare debeatis, quod ipse locus sanctae Ma-

riae de Rotezo, assignetur praedicto domino, tamquam res Antibari. Si vero non remaneret contentus imponere silentium, petitioni ducatorum mille pro Cataro, vel remaneret contentus imponere silentium, et non contentaretur ad aliquod praedictorum petitorum circa facta Pastrovichorum, in hoc casu volumus, ut ei dicere debeatis, quod vollentes et inteligentes sua magnificentia uno modo, et nostra dominatio alio modo, necessarium est venire ad unum tertium, qui habeat videre et decidere differentias praedictas; et ideo ut diximus oratoribus suis, nostra dominatio est contenta de compromittendo se in uno tercio, quem sua magnitudo eleget, domino, comunitate seu studio Christianitatis, dummodo non sit persona, quae rationabiliter nostro dominio debeat esse suspecta, et quae non sit cum aliqua partium coniuncta lige vel parentelle; et contentante se praefato domino de hoc, volumus ut possitis concludere in quolibet infrascriptorum dominorum, comunitatum sive studii, qua conclusione facta, intellectis vobis prius cum sua magnitudine, quod pendente dicto tractatu, per dictos dominos despotum et Georgium et gentes suas, non inferetur damnum iniuriae vel molestia alicui loco nostro, vobis similem promissionem nostro nomine faciente, quae promissiones appareant in scriptis, et etiam intellectis vobis secum, quod mittat ad instandum cum illo domino, comunitate vel

studio, quod electum erit, quod velit hoc assumere, cum nostra dominatio faciet similiter, accepta licentia ab eo redire debeatis ad vestrum regimen, nos de omnibus secutis plenissime informando. Si vero de praedictis non contentaretur, volumus ut procuretis habere sufferentias per illud quam longius tempus poteritis, quibus obtentis vel non, volumus ut redire debeatis ad vestrum regimen, nostrum dominium de omnibus plenissime informando. Nomina autem illorum, in quibus nostra dominatio se compromittere contentatur, sunt haec, videlicet: Imperator Constantinopolis, princeps Achaie, despotus Janinae, comes Nicolaus Segnae, comunitas Florentiae, comunitas Sennarum, comunitas Anchonae, quilibet dominorum de Malatestis, studium Bononiae, et studium Sennarum. Et si dictus dominus Georgius, introduceret dominum Sandali pro medio, quod attamen non credimus, volumus ut cum illis honestis et prudentibus verbis, quae vestra sapientia dicere sciet, cum sit cum dictis dominis affinitate stricte coniunctus, et habeat in gubernum filias condam domini Balsae, interpositionem sive compromissarium dicti domini Sandali recusare debeatis. Insuper quia per litteras nuperrime habitas, a comite nostro Catari informati sumus, quod per metro-

politam Sclavoniae, et per aliquos subditos praefatorum dominorum, fuerint laboratae salinae, sub praetextu et colore, quod fuerint suae, quod de jure ipsi facere non potuerunt. cum ut videbitis per formam contractus pacis, praefati domini habere debent castrum Budue cum suis confinibus, et salinas solum quae fuerunt Balsae, et cum secundum informationem datam nostro dominio, praedictae salinae non sint de confinio vel districtu Budue, hinc est quod de jure ut diximus praedicti metropoliti et alii subditi praedictorum dominorum, dictas salinas non possunt facere laborare; desiderantes igitur pro evitatione scandalorum, omnes salinas habere in manibus nostris, volumus quod in prima pratica tenenda de innovatione, facta per dictos metropoliti et alios subditos suos, in faciendo laborare dictas salinas, cum dicto domino debeatis nostri parte vos gravare, tamen cum modestis et convenientibus verbis, et continuando praticam volumus ut dimittatis hanc differentiam a parte, et attendatis ad duas principales, quibus aptatis volumus, ut procuretis aptare istam per infrascriptum modum: 1. quod omnes salinae remaneant nostro dominio, tam illae quae fuerunt condam domini Balsae, quam metropoliti, et cuiuscunque alii subditi sui. ente obligata nostra dominatione, praedictis dominis pro triginta quatvor salinas, quas habere de-

bent, et pro omnes illas, quas de jure spectarent subditis suis, usque ad summam ducatorum mille annuatim, quam minus poteritis. Vobis denotantes, quod ut scripsit nobis comes noster Catari, metropoliti praedictus voluit ei dare salem quem colligerat, pro illo precio, quo ipsemet comes volebat. Quando vero haec pars sic aptari non posset, et in aliis essetis concordes, nolentes ut ob hanc causam restetur, ut bona pax sit, sumus contenti, quod concludetis in hac forma, videlicet: quod triginta quatvor salinae condam domini Balsae sint praefatorum dominorum: XXIV metropoliti. XXVII illorum de Lustiza. X Georgii et Alexii Juras. VIII Bogdani Sichis. II Nicolae Zauli et II Chiuichi. Catarinorum XXXII et IIII Raichi Monetae, ut de jure esse videntur.

Ceterum vos advisamus, quod ad instantiam et requisitionem praefatorum ambaxiatorum, scripsimus domino Georgio, prout per copiam praesentibus introclusam, videbitis contineri, volentes et vobis mandantes, quod conclusis cum magnificentia sua differentiis praedictis, faciatis ipsum iurare, quod iuxta tenorem dictarum litterarum, pacem et conclusiones factas inviolabiliter observabit, et vos simile sacramentum ei facietis, nomine nostri dominii, faciendo de praedictis omnibus fieri publica instrumenta, facere sigillata suo sigillo.

Praeterea, quia in contractu pacis idem dominus Georgius petiit de gratia, posse in Venetiis et aliis locis nostris armare suis expensis, si ei necesse esset ire contra Turchos, usque sex galeas, volumus quod, siquidem vobis diceret superinde, debeatis respondere, quod adveniente casu, quod dictae galeae essent ei necessariae, reperiret nostram dominationem dispositam in cunctis possibilibus, quae honeste facere posset, suae magnificentiae complacere.

Insuper si ipse dominus Georgius vellet, ut ei permitteretur, quod in omni eventu posset se cum filiis et heredibus et bonis ac havere suis, reducere se in terris et locis nostris, et in illis posse tute, libere et secure stare, sumus contenti, quod hoc ei promittere possitis, venientibus attamen ipsis cum comitiva honesta.

Expeditis autem et conclusis praedictis vobis commissis, volumus ut ipsi magnifico domino Georgio, facta commisserie condam nobilis viri Benedicti Contareno, qui ab ipsis dominis et aliis suis subditis bonam summam pecuniae habere debebat, recommittere debeatis, et instare ac procurare, quod praedictus dominus Georgius, faciat tam efficax mandatum, quod vir nobilis ser Mapheus Contareno, filius condam ipsius ser Benedicti, consequi valeat et obtinere debitum suum.

Ire autem debeatis in ambaxiata praedicta cum illa familia que vobis videbitur, ad expensas nostri communis, possendo expendere ducatos tres in die.

Et ex nunc captum sit, quod per dominium expendantur ducati ducenti in uno panno auri, prout videbitur dominio, pro largiendo praedicto magnifico domino Georgio.

Mittimus vobis praeterea per Thomasium Sclavo, brachia triginta panni auri, quae dicto domino Georgio parte nostra praesentare debeatis.

Secr. cons. rogat. Lib. IX. ch. 37. 38. et 39.

CCCLXXXIX. 1426. 2. Septembris.

Одговоръ Франческу Квирино, да може са посредованьемъ Ђорђа Бранковића ступити у преговоре мира са Турчиномъ.

Quod respondeatur viro nobili ser Francisco Quirino, comiti et capitaneo Scutari, in hac forma, videlicet.

Recepimus litteras vestras, quibus nobis denotastis ea quae habuistis a magnifico domino Georgio, circa interpositionem illustris domini despoti, pro pace tractanda inter nos et imperatorem Teucrorum etc. Et illis intelectis fidelitati vestrae scribimus et mandamus, cum nostro consilio de C., quatenus dicto domino Georgio dicere debeatis: quod cum maxima no-

stra expensa et laboribus acquisivimus et habuimus civitatem nostram Salonichi, quam sumus dispositi et omnino intendimus, favente domino, pro nobis tenere et conservare. Et auditis litteris vestris et his quae magnificentia sua vobis dixit, de interpositione praefati domini despoti, dicimus quod dummodo imperator Teucrorum sit contentus de interpositione sua, sumus contenti et parati, ipsam suam interpositionem acceptare et acceptamus, quia ob singularem affectionem et amorem, quem ipsi domino despoto gerimus, ipsa sua interpositio nobis plus placebat, quam alterius domini.

Et sic pro bona executione ipsius vobis misimus libertatem ad plenum, et estis paratus in dei nomine, per medium et interpositionem ipsius domini despoti, venire ad praticam et subsequenter ad bonam ipsius conclusionem. Et volumus, quod in quantum dictus imperator Teucrorum esset contentus, quod ipsa pax praticaretur in terris domini despoti praedicti, dimisso castellano nostro Scutari loco vestri, ire debeatis in loco per eum deputato, et in dei nomine, per medium ipsius intrare ad praticam et subsequenter ad bonam ipsius conclusionem.

Si vero dictus Teucer vellet, quod ipsa pax tractaretur ad praesentiam suam, per medium tamen dicti domini despoti, sumus contenti et vobis mandamus, quod obtento

salvo conductu ab ipso Teucro, et dimisso praedicto castellano loco vestri, ut est dictum, in dei nomine ire debeatis ad illum locum, qui per ipsum ad hoc deputabitur, ad praticandum et concludendum si fieri poterit, pacem praedictam, quam tractare et praticare debeatis iuxta formam et libertatem, quam vobis mittimus praesentibus introclusam. Et ire debeatis ad expensas nostri communis, cum illa quam minori expensa poterit, non possendo ducere ultra equos octo in decem. Et ex nunc captum sit, quod ipsi comiti et capitaneo nostro Scutari, mittatur illamet libertas, quam habet noster capitaneus Culfi, et expendi debeat in muneribus portandis dicto Turcho, quae mitti debeant dicto comiti et capitaneo Scutari, usque ducatos quadringentos, prout alias factum fuit.

Secr. cons. rogat. Lib. IX. ch. 165.

CCCXC. 1426. 18. Decembris, in Centum.

Одговоръ Якову Тести изъ Трогира, на нѣгово извѣстіе, да кнезъ Іованъ Цетински жели предати свое градове Млетачкой влади у руке.

Cum ad nostram veniret praesentiam fidelis noster Jacobus Testa de Tragurio, pro parte comitis Johannis de Citines, et nostro dominio exposuerit, quod ipse comes Johannes esset contentus se

intelligere cum nostro dominio palam vel oculte, prout nobis videretur, et volebat in manibus nostris ponere fortilicia sua, sicuti est relatum isti consilio per serenissimum dominum ducem, vadit pars: quod respondeatur dicto Jacobo, quod nostri parte dicto comiti dicere debeat, quod nostra dominatio semper fuit et est erga ipsum comitem bene disposita, et svademus ei, quod pro bono status sui stet sic tacite; et quia ad praticandum talia, necessarium est, quod sint personae cum libertate ad plenum, et non est conveniens, quod mittamus libertatem Spaleto, quia nescimus intentionem suam, et necesse esset, quod ille quem mitteremus nobis scriberet, et sic res transiret in longum, pro celeriori expeditione rei, ipse posset Venetias mittere, aliquem suum nuntium secretum, cum sua intentione et libertate plenaria, quoniam ipse reperiet dominium nostrum inclinatum ad ea, quae convenientia sint et honesta.

Secr. cons. rog. Lib. IX. ch. 193.

CCCXCI. 1426. indict. IV. 22. Aprilis, in Vuolciterni.

Допуњаваюћи чланци къ уговору мира између Млетака и деспота Србскогъ, заключени у Вучитрну, између Франциишка Бембо посланика Млетачкогъ и Ђорђа Бранковића.

In Christi nomine. Amen. Anno ejusdem domini millesimo quadringentesimo vigesimo

sexto, indictione quarta, die vigesimo secundo mensis Aprilis, actum in Vuolciterij, videlicet in curia infrascripti magnifici et potentis domini domini Georgii quondam Vulchi, presentibus, reverente in Christo patre domino Phaonna dei gratia Grazanicie metropolite, vayvoda Luchatio, vayvoda Merchixa, ser Aluisio Donato quondam ser Johannis de Venetiis, ser Thomasio Sclavo scribe curie Scutari, ac Johannino de Venetiis Georgii Venetiani, stipendiario equestri in Scutaro, testibus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis. Cum hoc sit, quod inter magnificum et generosum militem, dominum Franciscum Bembo, pro serenissimo et inclitissimo ducali dominio Venetiarum olim generalem capitaneum Culphi, ac sindicum et procuratorem prelibati illustrissimi ducalis dominii Venetiarum, nomine prefati serenissimi ducalis dominii, ac nomine et vice omnium colligatorum adherentium, recomendatorum, complicium, sequacium, fidelium atque subditorum ejusdem ducalis dominii ex una parte, et prefatum magnificum et potentem dominum, dominum Georgium quondam Vulchi suo proprio nomine et vice in nomine illustris et excelsi principis domini, domini Stephani dispoti, dei gratia ducis Rassie etc. ac nomine et vice omnium et singulorum colligatorum adherentium recomendatorum

fautorum complicium sequacium fidelium atque subditorum et vassallorum suorum ex parte altera, sine vi, sine fraude, et sine aliquali livore, sincera caritas amicitia et pax amena celebrata fuerit. Licet post celebrationem dicte pacis, aliqua contenta in capitulis pacis restaverint exequenda, ex quibus insurexerunt certe differentie; et precipue quia antefatus magnificus dominus dominus Georgius, nomine quo supra, petebat ducatos mille, quos habere pretendebat annuatim pro Cataro. Cum in instrumento pacis contineantur hec verba, videlicet: D o l c i g n o cum el so destreto, como ha habudo e tegnudo al tempo del s i g n o r Z o r z i S t r a z i m i r e del so fiuol m i s s e r B a l s a, franchamente siano de la prefata signoria de Veniexia, li quali l antelata dugal signoria de Veniexia, tegna e possieda quieta e pacificamente, jure proprietario perpetuo et in perpetuum, senza alguna novita impazo ni molestia etc. Allegabat etiam dictus magnificus dominus Georgius, quod cum tempore domini Georgii, et domini Balse ejus filii, Catarini solvissent ducatos mille annuatim. Et quod instrumento pacis dicatur, quod Catarum retineatur per prefatum inclitum ducale dominium, uti tenebatur tempore domini Balse. Inde concludebatur quod inclitum ducale dominium dari deberent prefato domino Georgio, dicto nomine, ducati mille annuatim. Ex adverso autem per antelatum ducale dominium

respondebatur, hoc nullo modo posse intelligi, et quod in velle pretendere habere ducatos mille pro Cataro annuatim, necessario poni debebat, et fieri mentio per expressum in instrumento, prout factum fuit in mille ducatis, quos ei dicto nomine prefatum ducale dominium dare promiserat annuatim de introitibus Scutari. P r e t e r e a in dicta parte instrumenti dicitur, C a t a r u m cum districtu esse deberi prefati ducalis dominij franche; si autem solvi deberent pro ipso annuatim ducati mille, haberetur servum, et non liberum. Inde sequebatur hoc nullo modo posse intelligi, videlicet, quod illa clausula: „videlicet uti tenebatur", se referebat ad quantitatem confinium; cum si diceretur absolute Catarum cum ejus districtu esse debere prefati ducalis dominii, intelligeretur districtus quem antiquitus habebat: qui comprehenderet Tristriam, et multa alia que idem magnificus dominus Georgius tenet: ut patet autenticis privilegiis que Catarinj habent. Quamobrem tenendum est, quod prefatus magnificus dominus Georgius, voluit dictam clausulam poni, ut ipsum dominium solummodo haberet illam partem districtus Catari, que tenebatur per Catarinos ad tempus olim domini Georgii Strazimir et domini Balse ejus filii; volebat namque prefatus msgnificua dominus dominus Georgius, nomine quo supra, quod P a s t r o v i c h i sibi darentur, et per antelatum dominium ducale Venetiarum res-

pondebatur, ipsos eidem dare non posse sine preiuditio honoris prefati ducalis dominij.

Cum prefata dominatio eisdem Pastrovichiis promissiones fecerit, de non assignando eos dicto domino domino Georgio, nec alicuj alio domino, sed ipsos retineri debere per prefatum ducale dominium. Eapropter serenissimus et excellentissimus princeps et dominus dominus Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. ejusque illustrissimum ducale dominium, cupientes dictas differentias sedare, ac ipsas totaliter extirpare et in bonum amorem et tranquillam pacem et concordium reducere, una cum suis consiliis commiserunt et plenissimam commissionem ac auctoritatem et bayliam attribuerunt, spectabili et generoso viro domino Francisco Quirino, pro eodem ducali dominio Venetiarum comite et capitaneo Scutari ac capitaneo partium Albanie, possendi dictas differentias insimul cum prefato magnifico domino Georgio dicto nomine sedare, et alia faciendi, ut patet per quasdam literas credentiales prefati ducalis dominij, prefato magnifico domino Georgio delatas, bulla plumbea antelati ducalis dominii Venetiarum pendente; datas Venetiis in ducali palatio, die quinto mensis Septembris MCCCCXXV, indictione tertia. Unde prefatus spectabilis dominus Franciscus Quirino nomine quo supra, ac nomine et vice omnium et singulorum colligatorum fautorum adherenti-

um recomendatorum complicum sequacium fidelium atque subditorum ejusdem ducalis dominii ex una parte, et prefatus magnificus et potens dominus dominus Georgius quondam Vulchj, habens similiter plenissimam remissionem autoritatem et bailiam, ut supra, a prelibato illustri et excelso domino domino dispoto Stefano Rassie duce etc. Ut patet per literas ejusdem domini domini despoti ad ipsum spectabilem et generosum dominum Franciscum Quirino delatas, ejusdem illustris domini domini dispoti sigilli impressione munitas, datas in Topolonica die XXII mensis Martii, 1426, ex parte altera, suo proprio nomine, et nomine et vice prefati illustris domini domini dispoti Stephani, ac nomine et vice omnium et singulorum colligatorum adherentium et recomendatorum, fautorum complicum sequacium atque subditorum et vassalorum suorum. Volentes itaque prefati magnificus dominus dominus Georgius quondam Vulchi, et dominus Franciscus Quirino capitaneus ut supra, nominibus antedictis, predictam pacem et amicitias tam dulcissimas indissolubili vinculo connectas, inviolabiliter observare et in perpetuum manutenere, ac omnes et singulas differentias, que post celebrationem dicte pacis insurgerunt, sedare et totaliter amovere, ne de cetero inter ipsas partes error aliquis suscitetur, in eterni creatoris nomine venerando, omni modo via jure et forma, quibus

melius et efficacius potuerunt ac debuerunt, ac debent et possunt, dictas differentias deduxerunt ad hunc concordium, modis condictionibus et conventionibus in capitulis infrascriptis distincte annotatis; quorum capitulorum tenor talis est; videlicet: P r i m o: el prefato magnifico signor Zorzo sie contento e promete, per suo proprio nome, e per suo heredi e successori, e per nome del prelibato illustre et excelso signor dispoto, de metere silencio a la domanda feva el dicto magnifico signor Zorzi nomine quo supra, di mille ducati de Cataro, e de queli mai per algun tempo non domandar ne molestar la prefata dogal signoria de Veniexia. I t e m: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promete de so propria e spontanea volunta, che i Pastrovichij et Resevichij cum tute so pronie patrimonj e dote, e ogni altra cossa, che i dicti Pastrovichij e Resevichij avesse e possedesse justamente, intendendo quelle pronie patrimonji dote e possessione, che ly haveva e possedeva per fin ala morte del signor Balsa, e quele case vintizinque, che son in Lastua, che serviva a misser Balsa liberamente debia romagnir ala prefata signoria de Veniexia, non intendendo i Pastrovichij i quali iera a obediencia del prefato illustre signor dispoto e signor Zorzo nomine quo supra, al tempo de la celebration de la paxe, fata tra i prefati signori e misser Francesco Bembo, nomine quo supra, i quali

debia aver loro possessione pronie, patrimonij e dote, le qual li haveva e possedeva al tempo che fo fata la dicta paxe. E selse trovasse, che le caxe de lastua, che serviva a misser Balsa, fosse de piu de XXV, quelle fosse de piu diebia esser del prefato magnifico signor nomine quo supra. Item: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de far ruinar el castello chiamado Zorzevez, e ali confini de li Garbellj zoe Zupa de Cataro, che fesse Stephaniza fiuol de Zorzi Iuras, — per modo chel dicto castello de mo avanti non se possa habitar ni quelo piu rehedificar.

Item: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de dar e assignar li Garbelli, zoe Zuppa de Cataro, cum li suo confini, i quali Garbellj sie di confini de Cataro, ala prefata signoria de Veniexia, segondo tegniva e possedeva al tempo del signor Zorzi e de misser Balsa so fiuol. Item: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de dar e pagar, overamente defalcar de la provision el die haver de le intrade de Scutari, tutto quelo sara sta scosso per so nome di Garbelj de la Zupa de Cataro, dal di de la celebracion de la dicta paxe, per fina al di de la consignation de quela Zupa di Garbellj. E se algun subdito del prefato illustre signor dispoto, e del dicto magnifico signor Zorzi, havesse scosso alguna cossa de la entrada de la Zupa di Garbellj, senza licen-

cia del dicto magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de defalcar tuto quello fosse sta scosso, de la provixion de Scutari, como e dicto de sovra. E tuto quello manchasse a scuoder de la entrada de la dicta Zupa, dal di de la celebration de la dicta paxe per fin al di de la consignation de quella Zupa, el dicto magnifico signor Zorzi diebia scuoder e quella deffalcar in la dicta provision de Scutari, como e dicto de sovra. E el prefato misser Francesco Quirini, per nome dela antelata ducal signoria de Veniexia ut supra, promette de dar ogni sovenzion e favor chel pora, al prefato magnifico signor Zorzi, per rescuoder el resto manchasse dela dicta entrada de la dicta Zupa di Garbellj per lo tempo sopradicto. I t e m: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, promette de dar et assignar a la prelibata ducal signoria de Veniexia, le caxe cento che tien Andrea Humoy, che son del destreto de Scutari, como apar per li capituli de la paxe, cum el so usufructo, dal di de la celebration de la dicta paxe per fina al di de la consignation de le dicte caxe. I t e m: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, si promette de far e far observar ali citadinj de la cita de Dolcigno, tute jurisdicion e regalie, le qual hano habude per lo tempo passado, i dicti citadinj in la Abadia de san Nicolo de la Foza de la Boiana, che son, prima: che li homeni

de la dicta Abadia, non possa comprar vino che in altro luogo che in lo dicto luogo de Dulcigno, fina che se trovera vini a compar in Dolcigno, zoe vino de loro possession. Item: che i dicti citadini possa pescar liberamente per mar per tuto per fine a la foza de la Boiana. Item: che li dicti citadinj possa passar al trageto dela Boiana, senza algun pagamento. Item che li dicti citadinj possa taiar legnami per loro uso in lo bosco de Begazi, senza alguna molestia. Romagnando la dicta giexia de san Nicolo, in li confini del prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, cum le sue raxon iurisdicion e confini. Item che le saline che fo de misser Balsa e di suo suditi debia romagnir al prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, e le saline de Cataro debia romagnir a la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, cum tute so raxon. E le saline quatro de Raicho Moneta debia romagnir al dicto Raicho, e a so heredi, segondo la forma de la so concession al dicto Raicho, facta per el metropoliti e per lo capitulo de la giexia. Item: el prefato misser Francisco Quirino nomine quo supra, promette de dar e de consignar el castello de Budua al prefato magnifico signor Zorzo nomine quo supra, da puo che al dicto misser Francesco sera consignado la Zupa de Cataro, e le case de Andrea Humoy. Item: el prefato misser Francesco

Quirini nomine quo supra, de piam concordio roman contento, che l' Abadia de sancta Maria de Rozezo, cum le suo raxon e confini e ville debia romagnir liberamente al prefato magnifico signor Zorzo, nomine quo supra. Item: promette il dicto misser Francesco nomine quo supra, che tuto quello fosse sta scuosso per nome de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, entro li luogi de la dicta Abadia de sancta Maria de Rozezo, dal di de la celebration de la dicta paxe, per fina al di de la consignation de quella, debia esser dado al prefato magnifico signor Zorzo nomine predicto, per la antelata ducal signoria de Veniexia. Item: el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, e romaso contento de piam concordio, che tuti i passi de la Boiana, zoe el passo de san Thodoro, el passo di Bellenj, sia liberamente de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, sensa algun impazo, como chiaramente apar in li capitoli, i qual dixe: chel dicto signor Zorzi nomine quo supra, non habia a far alguna cossa in alguna jurisdicion over raxon, in lo fiume over aqua de la Boiana, e che queli passi mai per algun tempo, el dito magnifico signor Zorzi nomine quo supra, non li possa far scuoder. Item: se contien in un capitulo de la paxe, che se algun homo de che condicion e mainiera se sia, ferrisse over amazasse involasse over robasse, o altro delicto facesse, o fosse homo de la signoria, o de li

dicti signori, li officiali de luna parte e de laltra insieme iustante debiano cognoscer e sententiar etc. — A questo el prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, e il prefato misser Francesco nomine quo supra, son contenti, chel sovradicto capitulo sia dechiarado in questo muodo, che de qua avanti che se i subditi di prefati signori cometera algun fuogo homicidio furto, over algun altro delicto in le terre e luogi de la prefata ducal signoria de Veniexia, over fara algun dano ali suditi e fedeli de la prefata signoria, diebia per li rethori de la dicta signoria, in lo terren di quali i sara trovadi colpevoli, esser retegnudi, e contra de queli procieder segondo a li dicti retori aparera de raxon. E se i dicti malfactori scampa in le terre o luogi di prefati signori, li retori e suo officiali sia tegnudi, de farli piar juxta so possa, e mandar quelli tal soto bona guardia a li retori di luogi ove sara commesso el delicto. Et versa vice, se algun fedel o subdito de la prefata signoria de Veniexia, comettera algun delicto como e dicto de sopra, in le terre di sovradicti signori, li officiali suo debia e possa retenerli e contra de queli proceder, segondo el ge parera de raxon. E se li dicti malfattori scampasse in li luogi de la prefata signoria, debia per i rectori de la prefata signoria esser retegnudi, iuxta sua possa, e queli mandar in le man de li officiali di predicti signori

la o che havera commesso el delicto, e contra de quelli procieder i como i parera de raxon. Item: se contien in uno capitulo de la pase, che tuti li citadinj, tanto quelli de la prefata inclita signoria ducal de Veniexia, quanto de li dicti illustro signor dispoto e magnifico signor Zorzi, e tuti i altri complici adherenti et recomendati subditi e vassalli de una parte e de l altra, possano andar usar per li luogi e cità e tenute si de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, como de i di dicti illustro signori dispoto e magnifico signor Zorzi, star mercadantar vender comprar ogni mercadantia, che a loro piaxera, si como vender comprar pono tuti li citadinj complici sequaci adherenti subditi e recomendati e vassallj de le prefate signorie, in le terre de le loro signorie; senza alguna contradiction ni molestia de alguna de le parte predicte, dechiarido fo el dicto capitulo per le parte sovradicte, che non si intenda per li publici traditori, i quali serano dadi in nota per una parte e per l altra. Item: se contien in uno capitulo de la paxe, che tuti li citadinj de la prefata signoria de Veniexia, e altri homeni de che mainiera e de che condicion se siano, li quali hano possessione paternali o maternali compre o dote, case vigne, o campi e ogni altra possessione, dentro da i luogi confini e citade de li dicti signori, liberamente possano haver tegnir, e golder e possieder,

le dicte loro possessione, pagando el dreto de li dicti signori. Et versamente li homeni de li dicti signori, possano far entro luogi citade e tegnimenti de la prefata inclita ducal signoria de Veniexia, dechiarido fo el dicto capitulo, per le parte sovradicte, che questo capitulo non habia luogo per li publici traditori, i quali saranno dadi in nota per una parte e per l'altra. Item: el prefato misser Francisco Quirino nomine quo supra, promette chel prefato illustre signor dispoto e el prefato magnifico signor Zorzi, cum loro fiuoli e fiuole, et heredi et etiamdio sel romagnisse una solo fiuola de i dicti signori, che la prefata ducal signoria de Veniexia, li recevera et havera et acceptara in perpetuo, in fradello e fio e in amixi carissimi piu recomandadi. Que omnia et singula suprascripta et infrascripta et contenta in capitulis suprascriptis, prefatus magnificus dominus Georgius, per se et suos heredes, ac nominibus quibus supra, ex una parte, et prefatus spectabilis et generosus dominus Franciscus capitaneus preallegatus, nominibus quibus supra, ex parte altera, juraverunt ad sancta Dei evangelia, supra anchonam et figuram domini nostri Jesu Christi crucifixi, manu tactis scripturis, quod semper et omni tempore firma et rata pariter atque grata habebunt et tenebunt, omnia et singula suprascripta et infrascripta, ac ipsa attendent et observabunt, ac attendi et observari facient

perpetuo et in perpetuum, sub vinculo sacramenti suprascripti, et sub pena ducatorum centum millium, prout continetur in instrumento pacis, solvendorum per partem non attendentem parti attendenti, et observare volenti; que pena semel vel pluries commissa vel non, tamen omnia et singula suprascripta et infrascripta, semper in omni tempore in sua permaneat roboris firmitate. Insuper prefati magnificus dominus dominus Georgius et dominus Franciscus, nominibus quibus supra, pacem unionem et concordium ac dulcissimam amicitiam, olim celebratam inter antelatum magnificum dominum dominum Georgium nomine quo supra, et prefatum magnificum militem dominum Franciscum Bembo, tunc capitaneum generalem Culphi, nomine serenissimi ducalis dominij Venetiarum predicti; de qua pace et unione patet publico instrumento, scripto et rogato per ser Nicolaum Arcilupis de Cataro, publicum notarium, prope bastitam sancti Sergii, die XII mensis Augusti, 1423, indictione prima; et omnia et singula contenta in capitulis dicte pacis annotata, ratificaverunt approbaverunt et emologaverunt et confirmaverunt, et omnibus modis juribus formis et causis, quibus melius potuerunt, dicte partes nominibus quibus supra, promiserunt sibi invicem ". una pars alteri et altera alteri, per solemnem stipulationem hinc inde intervenientem, firma rata, et grata habere et tenere, et effectualiter

ac inviolabiliter observare, et contra premissa vel aliquod premissorum non contrafacere vel venire, nec contravenienti vel contravenientibus consentire, aliqua ratione vel causa, sub vinculo sacramenti suprascripti et pena suprascripta, cum refectione damnorum. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis atque adimplendis, idem magnificus dominus Georgius suo proprio nomine, et nomine et vice antelati illustris et excelsi domini domini dispoti, ac nominibus quibus supra, omnia ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, et ipse spectabilis et generosus dominus Franciscus Querino, comes et capitaneus proallegatus nomine quo supra, omnia bona comunis Venetiarum mobilia et immobilia presentia et futura, sibi invicem una pars alteri, et altera alteri, perpetuo obligarunt, renunciantes dicte partes dictis nominibus, condictioni sive causa vel ex injusta causa exceptioni doli mali et in factum actioni, et omnibus juribus comunis et municipalibus, fori privilegio et omnium legum et statutorum auxilio, quibus possint seu vellent contra predicta vel aliquod predictorum facere vel venire. Promisit insuper prefatus magnificus dominus dominus Georgius, nomine quo supra, per pactum expressum stipulatione vallatum, quod prefatus illustris et excelsus dominus dominus dispotus, per publicum instrumentum seu per suas literas patentes, bulla

solita communitis, presens instrumentum et omnia et singula contenta in eo, ratificabit approbabit, et emologabit atque confirmabit; et firma rata grata et valida habebit et tenebit; et in nullo contrafaciet vel veniet. Et prefatus dominus Franciscus nomine antedicto promisit, quod prelibatus serenissimus et illustrissimus dominus dominus dux Venetiarum et ejus inclitissimum ducale dominium, similiter presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta, approbabunt ratificabunt et emologabunt atque confirmabunt, per publicum instrumentum vel per literas suas patentes sua bulla plumbea pendente bullatas, ac firma rata grata et valida habebunt et tenebunt, et in nullo contrafacient vel venient.

Ego Manfredinus ser Guilielmi de Monteclaro, publicus imperiali auctoritate notarius et judex ordinarius, et prefati spectabilis et generosi domini F r a n c i s c i Q u i r i n o comitis et capitanei ut supra, cancellarius et in hac parte scriba prelibati magnifici et potentis domini domini Georgii quondam Vulchi, quia omnibus et singulis suprascriptis, una cum prenominatis testibus interfui rogatus, ideo scripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi, signo quoque et nomine meis solitis, una cum prefati magnifici domini domini Georgii impressione sigilli roboravi.

Commemoriale XI. ch. 148.

CCCXCII. 1426. 25. Julii, in Srebrnica.

Стефана деспота ратификација или потврђенѣ уговора мира, заключеногъ између Млетака и Ђорђа Бранковића у име истогъ деспота Србскогъ.

Ratificatio pacis et declarationum supra-scriptarum, facta per dominum Stefanum despotum Rassie.

Stefanus dei gratia Rassie despotus, et dominus Servie etc. Memorie commendamus, ac presentium tenore significamus, quibus expedit universis. Quod dudum vigentibus guerris discordiis rixis et differentiis inter nos et magnificum Georgium quondam Vulchi Branke nepotem ac filium nostrum carissimum, nostrosque complices adherentes sequaces subditos ac recomissos ex parte una, et illustrissimum principem et dominum Franciscum Foscari dei gratia ducem Venetiarum, suumque ducale dominium nec non suos complices adherentes sequaces subditos et recomissos ex parte altera, in partibus Albanie seu Zenthe etc. demum prefatus magnificus Georgius vice et in persona ac nominibus nostro ac suo proprio, praticavit fecit composuit et conclusit firmum concordium ac perpetuam pacem, cum spectabili et egregio milite domino Francisco Bembo, tunc pro dicto Venetiarum dominio gene-

rali capitaneo Culphi: a quo domino duce suisque consiliis prefatum dominum Franciscum Bembo, generale ac speciale in premissis scilicet pacis et concordiorum compositionibus, plenum mandatum habere constabat, prout in instrumento pacis inter ipsos nominibus tam nostris quam prefati domini ducis suique ducalis dominii, clarius patet; in quo quidem pacis instrumento quedam pendentia et indeterminata remanserunt. Postea vero idem magnificus Georgius non nulla prefate pacis capitula, et illa que indecisa et indeterminata remanserunt, cum nobili viro Francisco Quirino pro dicto Venetiarum dominio capitaneo gentium armigerarum in partibus Zente et Albanie, reformaverunt declaraverunt et addiderunt, prout in instromento pacis reformate et declarate plenius constat. Que omnia et singula per prefatum magnificum Georgium, tam cum prefato domino Francisco Bembo, quam etiam cum nobili viro Francisco Quirino, praticata facta declarata addita reformata et conclusa, nos Stephanus pronominatus approbamus gratificamus et ratificamus, ymo ratum gratum et firmum habemus, tenore presentium nostrarum scripturarum mediante. Promittimus insuper, quod omnia et singula per dictum magnificum Georgium dicta facta praticata declarata addita determinata et conclusa, cum prefato domino duce suoque ducali dominio, ut premittitur habere tenere et in-

violabiliter observare, nullisque temporibus contradicere facere vel venire aliqua ratione aut causa, per nos aut per alios, modo aliquo subornato aut ingenio, seu quovis ficto colore super fidem nostram, et ad sancta dei Evangelia, et sub penis et obligationibus in instrumentis pacis prefate scriptis et positis. Ad quorum omnium certitudinem robur et firmitatem supradictorum, nostre scilicet assensionis consensionis approbationis et affirmationis et voluntate presentes fieri jussimus, nostrique despotatus sigilli auri appensione roborari.

Datum in descensu nostro Zreberniza vocato, die vigesimo quinto mensis Julii, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto.

Commemoriale XI. ch. 151.

CCCXCIII. 1426. 11. Novemb. ind. IV. Drivasti.

Објашњење неки чланака уговора мира између Млетака и деспота Србског, и означење граница међу областима Србскима и Млетачкима, уговорено између Ђорђа Бранковића и Франциска Квирини.

Copia declarationum per dominum Franciscum Quirino cum magnifico domino Georgio quondam Vulchi.

Nos Georgius quondam Vulchi, nostro proprio nomine, ac nomine et vice filiorum et heredium ac successorum nostrorum

aut masculorum vel feminarum, nec non nomine et vice illustris et excelsi principis dominidomini Stefani dispote Rassie etc. habentes ad infrascripta et alia plenissimam commissionem a prefato illustri domino domino dispoto, ut patet per literas directas infrascripto domino Francisco, bullatas bulla dicti domini dispoti, datas in Topolouiza die 22. mensis Martii MCCCCXXVI; et nos Franciscus Quirino pro serenissimo et excelentissimo ducali dominio Venetiarum comes et capitaneus Scutari, habentes similiter a prefato ducali dominio ad infrascripta et alia plenissimam commissionem, ut patet per literas ejusdem ducalis dominii delatas dicto domino Georgio, bulla plumbea pendente bullatas, datas Venetiis die quinto mensis Septembris MCCCCXXV, nomine et vice prefati inclitissimi ducalis dominii, volentes atque optantes nominibus quibus supra, quibusdam differentiis inter nos et homines atque subditos nostros vigentibus, occasione certorum confinium, nec non et certis aliis finem debitum imponere et illas totaliter sedare atque amovere, ne in posterum inter nos nominibus quibus supra contemptio aliqua oriri possit, devenimus ad infrascriptas declarationes, ut infra, videlicet.

E primo dechiarimo i confini de Scutari a Drivesto, comenzando dal lago dretc per lo bosco al alboro clamado el plobo

grande, el qual se in cavo del bosco al piam, e cussi avanti per lo fosso e in cavo del fosso a la piera, che havemo messo in pian, e de la piera dreto al fosso al saligar grande, che se tagiado in tre luogi; e del saliger grando dreto al fossado terzo, a un altro salegar el qual se tagiado in tre luogi, e per lo fosso in fina a la piera in lo pian, e dela piera in fin l'altra piera, che se in la via granda, che vien da Scutari a Coponicho. E de la in suso per li fossi del pian, la che tornassemo a man dextra metessemo algune piere, e de quelle piere cussi dreto a la piera granda, che se suso la riva, e de la piera su la riva a la montagnola, che se tornizada cum spini, che ha piere in mezo. E de la montagnola che se cum spini, in fina ala montagnola che se a la piera. E de la deta montagnola dreto a le piere che se in la via, che vien da Scutari a Drivasto. E de la passano la Clia vecchia in suso al monte de le piere, che se a la riva del fosso, e cussi del monte de le piere de la de la Clia a la ponta de la montagna, comenzando entro li duji Castelli in zuso in lo fosso, a la man dextra inverso Scutari, e in zuso per lo fosso in fina la, che se truova tuti do li fossadi, passando la via maistra, e cussi dreeto in zuso in cima de la montagna, la che se de le legne. E cussi zuso per la montagna a scontrarse in pe del monte cum l altro confin, e si de la da la

montagna xe de Drivasto, e quelo che xe de qua dala montagna, xe de Scutari, e per la pianura la che metessemo li confini de piera in piere, e de mogilla in mogilla, e de arbor in arbor, segondo se scrive de sovra in fin in lago. E de li do castelli per lo confin dreto in fin in cavo de la saldia fino al Drino. |E de sovra Scutari, comenzando a presso el lago fino al fiume clamado Rivola, e suxo per lo fiume de la Rivola confina cum terren de Balezo, e de Balezo confina cum San Zuan, e cum carpaneto, e in cima a castelletto, e cussi suxo in cima de marmaa dreto zuso a Veschas, e cussi per zuna de montagna in cavo de parva. E che Piero Span habia quello terren clamado corte, como compara so ava, e so pare, el qual se in li confini de Balezo. E da l altro ladi, verso li otti confini, comenza in la contrada de la prefata signoria de Veniexia. E prima de zima de la montagna clamada Vellezich, e confina cum la villa de Stara, la qual se del signor Zorzo cum tuti suo confini, confina cum la mita clamada dal Col, la qual e de la prefata signoria de Veniexia cum li suo confini, e cussi zuso la ove fo la caxa de Bencho, otti e un luogo clamado le mocche, e drito in lago, el qual lago cum le ysole e de la prefata ducal signoria de Veniexia, como fo al tempo de misser Zorzo Strazimir, e de misser Balsa so fiuol.

Item declaremo li confini de Dolcigno, cum li Oprati, e cum san Nicolo de la foza, comenzando da la giesia de san Sergii, per mezo la villa de Jurovichii, e cussi suso per la corona de la montagna a san Elia, e per zima de monxuan a santo Vladimir e a santa Maria de Romano che se drito a la bederla e la villa di Begazii, cussi terren como bosco zoe che se truova in li confini di Begazii, che la so porta per mezo la mita romagna a la ducal signoria de Veniexia, e l altra mita al signor Zorzi. E il resto del bozco sia del prefato signor Zorzi, habiando queli de Dulcigno la iurisdicion che se contien in li capitoli fati tra el prefato signor Zorzi e misser Francesco Quirini, zoe de taiar legname; e in pian al scolio al marmoro, che se appresso al lago, e cussi drito per Stivalio a la piera granda, che se in mar, romagnando al lago como contien l aqua in li confini de Dolcigno.

Item dechiarremo li confini de santa Maria de Roceus, comenzando da Mostres confina cum la stua, e confina cum Milos Mazuppa, e in zima de la montagna et anchora Linoberd; e che le case de la stua sia in quella condicion, segondo se contien in li capitoli fati a Volciterner, de quele servira a misser Balsa.

Item li confini da Budua a li Pastrovichi, comenzando da la marina al

fiume clamado Recha, e cusi suso per lo fiume a la montagna che se dixe Predigne. E tute pronie e possession che hano habudo li Pastrovichii in el tempo de misser Zorzi e de misser Balsa, in li confini de Budua, debia romagnir a li Pastrovichii, che sono de la prefata signoria de Veniexia, intendandose per fine a la morte de misser Balsa.

Li Pastrovichii i quali resta al prefato signor Zorzi: Vochasin Bezich cum li figliuoli, excepto il figliuol grande, che die romagnir a la prefata signoria, Radiz Cernez, Alexios Mitrovich cum suo nevodi figliuoli del fradelo, Perexa Rexevich e co la bona, i quali die remagnir al prefato signor Zorzi cum tute suo pronie e bastive, che li haveva al tempo del signor Zorzi, e de misser Balsa so fiol.

Item havemo dechiarido, chel Metrapoliti habia le soe jurisdicion e usanze per tute le giexie, a la fede schiava, cussi in lo lago como in l altro paise de la prefata signoria, cussi como have in el tempo del signor Zorzi Strazimir e de misser Balsa; cum condicion chel dicto metrapoliti non possa meter algun ygome in la giesia de san Piero de la reda, e in la giexia de san Michiel sotto el castello de Dolcegno, senza licentia del rector de Scutari e de Dolcegno. Et versa vice havemo dechiarido, che tuti vescovadi, habadie e gliesie, le qual son

in el paexe e luogi de la prefata signoria de Veniexia, habia tute soe jurisdicion e usanze in el territorio del prefato signor Zorzi, come hano habudo in el tempo de misser Zorzi Strazimir, e de misser Balsa. E per lo simel l' arcivescovado de Antivari e tuti altri vescovi abadie e gliesie, habia tute suo jurisdicion in el territorio de la prefata signoria, como have in el tempo de misser Zorzi Strazimir, e de misser Balsa.

Item dechiaremo li confini de Cataro, comenzando dal luogo detto yas al saxo rosso e a pruovo a la giesia de san Trifon, suso a la cuppa sina a la scalla de Dubboniza e Villinayama a ponesdel, como se siegni per i signi taiadi per i saxi fermi, e per mezo de Drenouiz suso a Nuseraglava e a san Zorzo, e suso a la porta de maistori, e per zima per tuta la montagna. E per li confini tra Cataro e le Danize, chel sia tolto sey boni homeni de Cataro, e sey boni homeni de le Danize degni di fede, i quali debia zurar per sacramento, e la ove se concordera la mazor parte, li se debia meter li confini, como fo al tempo de misser Zorzi Strazimir, e de misser Balsa so fiol, zoe al tempo de paxe; e che tuti li homeni et subditi del prefato signor Zorzi possano usar e conversar in lo territorio de Cataro. E per lo simel queli de Cataro in li luogi e territorio del prefato signor Zorzi, como fo al tempo de

misser Zorzi Strazimir e de misser Balsa zoe in tempo de paxe.

Item prometemo nui Francesco antedito, nomine quo supra, che quela usanza la qual haveva misser Zorzi Strazimir, de condur sal a Budua, che la sia observada al prefato magnifico signor Zorzi, e quelo vender segondo se vendera in el tempo del prefato signor Zorzi Strazimir.

Item prometemo nui Francesco antedito nomine quo supra, che bisognando la gente de la prefata ducal signoria de Veniexia in favor del prefato signor Zorzi, in le parte di Zenta, che la gli sia conceduda a soa requisition. E versa vice: nui signor Zorzi nomine quo supra, bisognando le zente nostra in Zenta a la prefata ducal signoria de Veniexia, che la gli sia conceduda a ogni requisition de la prefata ducal signoria de Veniexia, o ver de i suo rectori in Zenta.

Item prometemo nui Francesco antedicto nomine quo supra, che quela usanza la qual haveva Antivaranj de condur sal per loro uxo in Antivari, in el tempo de misser Zorzi Strazimir, che quella li sia observada.

Item semo convegnudi in questa forma per l entrada de la Zuppa di Garbelli de Cataro, dal di de la paxe fatta tra el prefato signor dispoto e signor Zorzi, e misser Francesco Bembo, e de la entrada de le cento case de Andrea Humoy, per lo tempo

sovra dicto, nui Francesco Quirino nomine quo supra, promettemo de non domandar alguna cossa ali dicti signori, e nui signor Zorzi nomine quo supra, per quello havesse scosso la prefata dugal signoria de Veniexia, di confini de sancta Maria de Rotez, e de ducati trea millia, che demo haver nuji prefati signori dispoti e Zorzi, de la provision de Scutari, che son per tre anni passadi, i quali se compie a di 15. Agosto de 1426. Nuy signor Zorzi, nomine quo supra, promettemo de non domandar ne molestar la prefata signoria de Veniexia de le dicte cosse. E nuy Francesco per nome de l antelata dogal signoria de Veniexia, prometemo de dar e pagar al presente al prefato magnifico signor Zorzi nomine quo supra, per le sovraescrite cosse, per l' amontar de ducati mille duxento d'oro, a grossi . . . el ducato, yperperi quatro millia duxento, e che da di XV Agosto passati, per lo avegnir el debia haver li mille ducati segondo se contien in li capitoli de la paxe.

Item dechiaremo, che per li confini de Cataro a quelli del metropoliti e de la giexia de san Michiel, chel diebia esser tuolto Racho Moneta, Thomaxo Schiavo, Pancho de Briza, Drago fiuol de Marco, e Ruchsa de Pacienti, e chel conte de Cataro debia eleger tre boni homeni degni de fede, de la Zupa de Cataro, e duij de la Zupa de san

Michiel, e segondo zurera la mazor parte de loro, quelli sia li confini.

In quorum testimonium nos Georgius antedictus, nomine quo supra, presentes fieri jussimus, et nostri sigilli impressione muniri. Data Drivasti, die XI mensis Novembris MCCCCXXVI, inditione quarta.

Commemoriale XI. ch. 150.

CCCXCIV. 1427. 1. Januarii in C.

Одговоръ посланицима Цетски властела Ђорђа и Алексе Јураша, кои ишту да ій Млетчићи прійму подъ свою власу.

Cum comparuerint ad praesentiam nostri dominii duo ambaxatores, pro parte Georgii et Alexii Juras, nobilium Zentae partium Albaniae, et inter cetera requisiverint, quod dominatio nostra vellet eos acceptare pro subditis suis; et quum hoc fieri non potest, quia per formam pacis firmatae cum condam domino despoto Rassiae et domino Georgio Vulci nepote eius, ipsi Alexius et Georgius Juras sunt subditi eorum, vadit pars: quod respondeatur praedictis ambaxiatoribus, quod sicut sciunt, nos contraximus pacem cum dominis despoto Rassiae et Georgio eius nepote, vigore cuius ipsi Alexius et Georgius sunt subditi sui. Et volentes ipsam

pacem observare, prout moris nostri est, velle servare omnia per nos promissa, et cum ipso domino Georgio fraterne et amicabiliter vivere, non disponimus aliam conventionem cum ipsis Alexio et Georgio praesentialiter facere; sed si ipsi volent esse boni servitores et vicini nostrae dominationis, nos bene vicinabimur cum illis et tractabimus eos ut bonos amicos nostros.

Secr. cons. rogat. Lib. X. ch. 115.

CCCXCV. 1427. indict. V. die 3. Febr.

Отворено писмо, коимъ дуждъ Млетачки Франциешко Фоскари ратификира миръ, уговоренъ са деспотомъ Србскимъ.

Litera patens per quam illustrissima ducalis dominatio Venetiarum, ratificat pacem et declarationes, factas cum despoto Rassie.

Franciscus Foscari de gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis presentes literas nostras patentes inspecturis, tenore presentium significamus: Quod dudum vigentibus guerris discordiis, et differentiis, inter illustrissimum dominum dominum Stefanum dei gratia Rassie dispotum et dominum Servie etc. et magnificum dominum Georgium quondam Vulchi Branche, nepotem ac filium suum carissimum, nec non suos complices adherentes,

sequaces subditos et recomissos ex una parte, et nostrum dominium complices adherentes subditos sequaces et recomendatos nostros in partibus Albanie seu Zente etc. ex altera; demum affectantes cum predictis dominis ad pacem venire, et illam perpetuis temporibus conservare, iussimus nobili et sapienti viro Francisco Bembo militi, tunc nostro capitaneo generali Culphi, cui expressum, speciale et generale procuratorium et mandatum fecimus, ut cum prefatis dominis nostro nomine ad pacem deveniret. Et in hac etiam bona dispositione concurrentibus prefatis dominis, idem magnificus dominus Georgius, vice et in persona ac nominibus predictis ex una parte, et predictus Franciscus Bembo miles nostro nomine ac vice, et nomine omnium adherentium complicium subditorum sequacium et recomendatorum nostrorum ex altera; praticavèrunt composuerunt, fecerunt et concluserunt firmum concordium ac perpetuam pacem, prout in instrumento pacis inter ipsos, nominibus tam nostris quam prefatorum illustrissimi domini dispoti et domini Georgii antedictorum, clarius constat. In quo quidem pacis instrumento quedam pendentia et indeterminata remanserunt; postea vero idem magnificus dominus Georgius vice et nominibus antedictis, et nobilis vir Franciscus Quirino comes et capitaneus Scutari, cui expressum speciale et

generale mandatum dedimus, reformaverunt declaraverunt et addiderunt, prout in instromento pacis reformate et declarate plenius constat. Que omnia et singula per prefatum dominum Georgium ex una parte, et nobiles et sapientes viros Franciscum Bembo militem et Franciscum Quirino comitem, et capitaneum Scutari, ex altera, praticata facta declarata addita reformata et conclusa, approbamus emologamus et ratificamus, et illa rata firma et grata habemus, et tenore presentium confirmamus; promittentes ipsa omnia et singula, ut premittitur habere, tenere et inviolabiliter observare, et in nullo contradicere facere vel venire aliqua ratione vel causa, per nos aut alios, modo aliquo subornato aut ingenio, seu quovis ficto colore, super fidem nostram, et ad sancta dei Evangelia, et sub penis et obligationibus in instrumentis pacis prefate scriptis et positis. In quorum omnium fidem robur et firmitatem perpetuam, presentes literas patentes fieri jussimus, et bulla nostra plumbea pendente muniri.

Datum in nostro ducali palatio, die tertio Februarij, indictione V. MCCCXXVI.

Comemoriale XI. ch. 151.

CCCXCVI. 1429. 14. Junii, ind. VII.

Дуждъ Млетачки Францешко Фоскари, покланя великомъ войводи Сандалу и нѣговимъ наслѣдницима одъ дома Косаче, єдну кућу у Млетцима.

Privilegium donationis domus magnifici domini Sandali.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum, etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem et sincere dilectionis affectum. Tunc ad laudis et glorie nostre cumulum nostrorum benivolorum sinceritas propagatur, cum pro amicicie fructibus de nostre munificentie liberalitate manantibus, proque iugi memoria amicissimos status nostri aliquo munere decoramus. Retinentes igi tur memorie sinceritatis benivolentiam, quam dudum magnificus et potens dominus Sandalus magnus vayvoda regni Bossine, ad nos nostrumque dominium cordialiter gessit, et gerit, ac operum effectibus quamplurimis patefecit. Eidem magnifico domino Sandalio jamdudum de numero percarissimorum nobilium urbis nostre Venetiarum, suisque magnificis filiis, et heredibus, nec non magnificis comiti Wocáz et comiti Stephano, ejusdem comitis Wocaz filio, eorumque et cuiusque eorum filiis heredibus et successoribus in perpetuum, servata omni solenitate nostrorum consiliorum ad hoc necessaria, in signum me-

morabilis amicicie et ob mutue sinceritatis affectionem ad ipsum magnificum dominum Sandalium, suosque posteros universos, titulo pure mere et irrevocabilis donationis liberaliter c o n d o n a m u s d o m u m u n a m in hac urbe nostra sitam, in contrata sancte Trinitatis, que fuit viri nobilis Nicolai Mauroceno quondam ser Gasparini, cum omnibus et singulis ejusdem domus adiacentiis pertinentiis confinibus juribus et jurisdictionibus universis, aut eidem tam intus, quam extra spectantibus quovis modo. Ea quidem potestate libera, arbitrio et auctoritate, qua ipse magnificus dominus vayvoda Sandalius, ejusque magnifici filii et heredes, prefatique magnifici comites Wocaz et Stephanus ejus filius, eorumque et uniuscuiusque eorum heredes, et successores tam presentes quam futuri, in perpetuum ipsam domum habeant teneant et possideant, gaudeant et usufructent. Et ipsam in toto et parte possint, et valeant libere tenere, et possidere dare donare vendere permutare concambiare cuicumque voluerint, pro anima et corpore judicare, et de ea, et qualibet ejus parte omnem suam voluntatem dispositionem et placitum facere, sicut de eorum processerit voluntate, et tamquam de re sua propria, absque contradictione alicujus comunitatis dominij vel alterius cujusvis persone de mundo, tam publice quam private, quocumque nomine denotentur vel titulo aut officio potiantur. Et

cum hac expressa conditione, quod nullo tempore nullaque guerre vel novitatis occasione, nullo etiamque debito, aut alia quavis causa, que dici vel excogitari possit, dicta domus, seu aliqua ejus pars, seu ejus affictus redditus aut proventus in toto vel parte, per ullum ingenium sive malum, intromitti accipi impediri tolli vel auferri valeat a suprascriptis vel eorum aliquo in perpetuum. Addicientes insuper et in complacentiam ejusdem magnifici domini vayvode Sandali per hujus privilegij tenorem firmiter statuentes, quod si casus occurreret, quem deus avertat, quod idem magnificus dominus Sandalius ex hoc seculo transmigraret absque filiis et heredibus, tunc prefata domus cum omnibus modis et conditionibus suprascriptis, deveniat pleno jure in illos de progenie sive domo Cosace ejusdem magnifici domini Sandalij, qui post eumdem magnificum dominum remanebunt. Ita et taliter, quod de ipsa domo, et ejus parte qualibet ejusque affictibus et reddibus sit in eorum libertate disponere et facere, tamquam de rebus suis propriis in perpetuum. In quorum testimonium presens privilegium fieri jussimus, et bulla nostra plumbea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, die quartodecimo Junij, indictione septima, millessimo quadringentesimo vigesimo nono.

Commemoriale XII. ch. 94.

CCCXCVII. 1429. 13. Augusti, in Rogatis.

Заключено наложити капетану Скадарскомъ, да гледи за годишню плату приволети Турке у Албанiи, да ненападаю на сусѣдну Скадарску область.

